am tẽtationibus ipse pulsetur: qꝛ ⁊ hec eadem per quã populi multitudo diluitur. ꝯ qua ꝓculdubio lateris inquinatꝛ. Nam dũ sordes diluentiũ suscipit: quasi sue mũdicie serenitatẽ perdit. Sed hec nequaꝗ̃ pastori timẽda sunt: qꝛ deo subtiliter cuncta pensare tãto facilius a sua eripitur. ꝗ̃to misericordiꝰ ex aliena tẽtatiõe fatigatꝛ.

Q; rector debeat esse bene agẽtibus per humilitatez socius et contra delinquẽtiũ vitia per zelũ iusticie erectus.

Capitulum. VI.

SIt rector bene agentibus ꝑ humilitatẽ sociꝰ cõtra delinquentiũ vitia ꝑ zelũ iusticie erectus vt ⁊ bonis in nullo se preferat: ⁊ cũ prauorũ culpa exigit: ptãtem ꝓtinus sui prioratus agnoscat: quatenꝰ ⁊ honore subpresso equalẽ se subditis bene viuentibus putet. ⁊ erga ꝑuersos iura rectitudinis. nõ exercere formidet. Nã sicut in libris moralibꝰ dixisse me memini. Liquet qđ oẽs homines natura equales genuit: sed variante meritorũ ordine. alios alijs culpa postponit. Ipsa autem diuersitas ꝗ̃ accessit ex vitio diuino iudicio dispensatꝛ: vt quia omnis homo eque stare nõ valet alter regatur ab altero. Unde cuncti que presunt nõ in potestatẽ debent ordinis: sꝫ eqnalitatẽ pensare cõditionis. Nec preesse hominibꝰ gaudeãt sed prodesse. Antiqui etenim patres nostri. nõ reges hominum: sed pastores pecorũ fuisse memorantur. Et cũ dominꝰ Noe filijsqꝫ eius diceret. crescite ⁊ mĺtiplicamini. ⁊ replete terram: ꝓtinus adiunxit. Et terror vester et tremor sit suꝑ cũcta animãtia terre. Quorũ videlicet terror ac tremor. quia esse super animãtia terre precipitur. ꝓfecto suꝑ homines esse ꝓhibetꝛ. homo quippe animalibus brutis non autẽ hominibꝰ ceteris natura prelatus est. ⁊ iccirco ei dicitꝛ: vt ab animalibꝰ ⁊ nõ ab hominibꝰ timeatur quia cõtra naturã superbire est: ab eq̃li velle timeri. Et tamen necesse vt rectores a subditis timeantꝛ quãdo ab eis deũ minime timeri deprehẽdunt: vt humana saltẽ formidine peccare metuãt: qui diuina iudicia nõ formidãt. Nequaꝗ̃ nãqꝫ ꝑpositi. ex hoc quesito timore, suꝑbiũt: in ꝗ̃ nõ suã gloriã: sed subditorũ iusticiam querũt. In eo enĩ qđ metũ sibi a ꝑuerse viuẽtibꝰ exigũt. quasi nõ hominibꝰ: sꝫ animalibus dominantꝛ: qꝛ vicꝫ ex qua ꝑte bestiales sunt subditi. ex ea debẽt etiã formidini iaceri substrati. Sed plerũqꝫ rector eo ipso quo ceteris preeminet. elatione cogitationis intumescit ⁊ dũ ad vsum cuncta subiacẽt. dũ ad votũ velociter iussa ꝯplentur dũ oẽs subditi. si qua bene gesta sunt laudibꝰ efferũt. male autẽ gestis nulla auctoritate cõtradicũt: dũ plerũqꝫ laudãt et qđ reprobare debuerant seductꝰ ab his ꝗ̃ infra suppetũt: suꝑ se animꝰ tollitꝛ ⁊ dum foras ĩmenso fauore circũdatur intꝰ veritate vacuatꝛ: atqꝫ oblitus sui. innoces se spargit alienas. talẽqꝫ se credit qualem se foris audit. nõ qualẽ intus discernere debuit. Subiectos despicit eosqꝫ equales sibi nature ordine nõ agnoscit. ⁊ quos sorte potestatis excesserit. transcẽdisse se etiã vite meritis credit. Cunctis se existimat ampliꝰ sapere quibꝰ se videt amplius posse. In quodã se quippe cõstituit culmine apud semetipsum: ⁊ qui equa ceteris nature cõditione cõstringitꝛ. exequo respicere ceteros dedignatꝛ. Sic ꝗ̃ vsqꝫ ad eius similitudinẽ ducitꝛ. de quo scriptũ est oĩe sublime vidit. Et ipse est rex suꝑ vniuersos filios superbie. Qui singulare culmẽ appetetis ⁊ socialẽ vitã angelorũ despiciens: ait. Ponã sedẽ meã ad aquilonẽ et ero similis altissimo. Miro ergo iudicio intus foueam deiectionis inuenit dũ foris se in culmine potestatis extollit Apostate quippe angelo similis efficitur. dũ homo hominibꝰ esse similis dedignatꝛ. Sic saul post humilitatis meritũ: in tumorez suꝑbie culmine potestatis excreuit. Per humilitatẽ quippe prelatus est per super

biam reprobatus domino atteſtāte ꝗ ait.
Nonne cuꝫ eſſes paruulus in oculis tuis
caput te conſtitui in tribubus iſrael. Par
uulū ſe in ſuis prius oculis viderat: ſꝫ ful
tus temporali potētia iam ſe paruuluꝫ nō
videbat. Ceterorū namqꝫ compationi ſe
preferens: quia plus cunctis poterat. ma
gnum ſe pre omnibus eſtimabat. Miro
autem modo cū apud ſe paruulus apud
dominū magnus: cū vero apud ſe magnꝰ
apparuit apud dominū paruulus fuit.
Plerūqꝫ ergo dum ex ſubiectorum afflu-
entia animus inflatur: in fluxum ſuꝑbie
ipſo potentie faſtigio lenocinante corrum
pitur Quā videlicet potentiā bene regit
qui ⁊ tenere illam nouerit ⁊ impugnare.
Bene hanc regit qui ſcit per illam ſuper
culpas erigi. ſcit cum illa ceteris equali-
tate componi. Humana etenim mens ple
rūqꝫ extollitur. etiam cum nulla poteſtate
fulcitur quāto magis in altum ſe erigit.
cum ſe ei etiā poteſtas adiungitur. Quā
tamen poteſtatē recte diſpenſat qui ſolli-
cite nouerit: ⁊ ſumere ex illa ꝙ adiuuat.
⁊ expugnare qđ temptat: ⁊ equalem ſecū
illa ceteris cernere ⁊ tamen ſe peccantibꝰ
zelo vltionis anteferre. Sed hanc diſcre-
tionem plenius agnoſcimꝰ: ſi paſtoris pri
mi exempla cernamꝰ. Petrus namqꝫ au
ctore deo ſancte eccleſie principatū tenēs
a bene agente Cornelio. ⁊ ſeſe ei humili-
ter proſternente īmoderatius venerari re
cuſauit ſeqꝫ illi ſimilem recognouit: dicēs
Surge ne feceris ⁊ ego ipſe homo ſum.
Sed cum Ananie ⁊ Saphire culpā rep-
perit mox quanta potentia ſuper ceteros
excreuiſſet oſtendit. Verbo nāqꝫ eoruꝫ vi
tam pertulit. quā ſpiritu perſcrutāte deꝑ
hendit. Et ſummū ſe intra eccleſiā contra
peccata recoluit: quod honore ſibi vehe-
menter impenſo coram bene agentibꝰ fra
tribus nō agnouit. Illic cōmunionē equa
litatis meruit ſanctitas actionis. hic zelꝰ
vltionis vis apperuit poteſtatis. Paulꝰ
bene agētibus fratribus prelatū ſe eſſe ne
ſciebat cū diceret. nō q2 dominamur fidei
noſtre: ſed adiutores ſumꝰ gaudij veſtri.
Atqꝫ illico adiunxerit: fide enī ſtatis. Ac
ſi id qđ pertulerat aꝑiret: dicens. Ideo
nō dn̄amur fidei veſtre: q2 fide ſtatis. Eq̄
les enī vobis ſumꝰ in ꝗ vos ſtare ꝯgnoſci
mus quaſi prelatū ſe fratribꝰ eē neſciebat
cū diceret. facti ſumꝰ vt ꝑuuli ī medio ve
ſtrū ⁊ rurſū. Nos autē ſerui veſtri ꝑ xp̄m.
Sꝫ cū culpā ꝗ corrigi debuiſſet īuenit illi
co magiſtrū ſe eſſe recoluit dicēs. Quid
vultis ī virga veniā ad vos. Sūmꝰ itaqꝫ
locꝰ bn̄ regiť cū is ꝗ preeſt vitijs potiꝰ ꝙ̄
fratribꝰ dn̄atur. Sꝫ cū delinquētes ſub-
ditos ꝓpoſiti corrigūt reſtat. neceſſe eſt vt
ſollicite attendāt. quatenꝰ ꝑ diſcipline de
bitū culpas quidē iure ꝑtātis feriāt: ſed ꝑ
humilitatis cuſtodiā. equales ſeipſis fra-
tribꝰ qui corriguntur agnoſcāt. Quamuis
plerūqꝫ etiā dignū ē. vt eoſdē quos corri-
gimꝰ tacita nobis cogitatiōe preferamus
Illorū nāqꝫ ꝑ nos vitia diſcipline vigore
feriuntur. in his vero ꝗ ipſi cōmittimꝰ. niſi
verbi quidē ab aliꝗ inuectiōe laceramur.
Tāto ergo apđ dn̄m obligatiores ſumus
ꝙ̄to apud hoīeſ inulte peccamꝰ. Diſcipli
na autē noſtra ſubditos diuino iudicio tā
to liberiores reddit quāto hic eorum cul-
pas ſine vindicta nō deſerit. Seruanda
itaqꝫ ē ⁊ in corde humilitas. ⁊ in oꝑe di-
ſciplina atqꝫ inter hec ſollerter intuendū
eſt ne dū īmoderatius cuſtodiť virtus hu
militatis. ſoluanť iura regiminis ⁊ dū ꝑ-
latuſ quiſqꝫ plus ſe quā decet deijcit. ſub
ditorū vitam ſtringere ſub diſcipline vin-
culo non poſſit. Teneant ergo recto-
res exterius qđ pro aliorum vtilitate ſu-
ſcipiunt. ſeruent interiꝰ qđ de ſua eſtima
tione pertimeſcunt. Sed tamen quibuſ-
dam ſignis decenter erumpētibus. eos a-
pud ſe eſſe humiles etiā ſubiecti deprehē
dant. quatenus ⁊ in auctoritate eoruꝫ qđ
formidēt videant. ⁊ humilitate qđ imiten
tur. agnoſcāt. Studeāt igiť ſine intermiſ
ſione ꝗ ꝑſunt vt eorū potētia ꝙ̄to magna
exteriꝰ cerniť. tāto apđ eos interiꝰ depri-
mať ne cogitationē. vincat ne ī delectatio
nē ſui animuꝫ rapiat: ne iam ſub ſe mens
eam regere non poſſit cui ſe libidine do-

minãdi supponit. Ne em̄ presidentiũ ani-
mus ad elationẽ potestatis sue delectatio
ne rapiat̃: recte per quendã sapientẽ dicit̃
Ducẽ te cõstituerũt: noli extolli: sed esto
in illis quasi vnus ex illis. Hinc etiã Pe
trus ait: Non dñantes in clero: sed for-
ma facti gregis. Hinc per semetip̄az veri
tas ad altiora nos virtutũ merita ꝓuocãs
dicit: Scitis ꝗꝛ reges gentiũ dominant̃:
eoꝝ qui maiores sunt: potestatẽ exercent
in eos Non ita erit inter vos: sed quicũqꝫ
maioꝛ voluerit fieri: sit vester mĩster: ⁊ qui
voluerit inter vos primus esse: erit vester
seruus. Sicut filius hoĩs nõ venit mini-
strari: sed ministrare. Hinc est ꝙ seruũ ex
suscepto regimine elatũ: que post suppli-
cia maneãt indicat dicẽs: Qui si dixerit:
malus ille seruus in corde suo: morã facit
dñs meus venire: ⁊ ceperit percutere cõ-
seruos suos: manducet autẽ ⁊ bibat vsqꝫ
dũ ebrius sit: veniet dñs serui illius in die
qua nõ sperat: ⁊ hora quã ignorat: ⁊ diui
det eum partẽqꝫ eius ponet cũ hypocritis
Inter hypocritas enim iure deputat̃: qui
ex simulatiõe discipline ministeriũ regimi
nis vertit in vsum dominatiõis. Et tamẽ
non nunꝙ̃ grauiꝰ delinquit̃: si inter per-
uersos plus equalitas ꝙ̃ disciplina custo
ditur. Quia em̄ falsa pietate superatus fe
rire hely delinquẽtes filios noluit: apud
districtũ iudicem semetip̄m cum filijs cru
deli dãnatiõe percussit. Hinc nãqꝫ ei diui
na voce dicit̃. Honorasti filios tuos plus
ꝙ̃ me. Hinc pastores increpat per ꝓphe-
tam dicẽs: Quod fractũ est nõ alligastis
⁊ quod abiectũ non reduxistis. Abiectus
em̄ reducitur: cũ quisqꝫ in culpa lapsus:
ad statũ iusticie ex pastoralis sollicitudĩs
vigore reuocat̃. Fracturaz vero ligamen
astringit: cũ culpam disciplina deprimit:
ne plaga vsqꝫ ad interitũ defluat: si hanc
districtiõis seueritas nõ coartat. Sed se-
pe deterius frangit̃ cum fractura incaute
colligat̃: ita vt grauius scissurã senciat: si
hãc immoderatius ligamẽta constringãt
Unde necesse est: vt cũ peccati se vulnus
in subditis corrigendo restringit̃: magna

se sollicitudine: etiã districtio ip̄a mode-
ret̃: quatenus sic iura discipline cõtra de-
linquẽtes exerceat: vt pietatis viscera nõ
amittat. Curandũ quippe est: vt rectoꝛ se
subditis ⁊ matrẽ pietatis: ⁊ patrẽ exhibe
at discipline. Atqꝫ inter hec sollicita cir-
cumspectõe prouidendũ: ne aut districtio
rigida: aut pietas sit remissa. Naz sicut in
libris iam moralibꝰ diximus: Disciplina
vel misericordia multũ destruit̃: si vna si-
ne altera teneat̃. Sed erga subiectos su-
os inesse rectoribꝰ debet: ⁊ iuste cõsulens
misericordia: ⁊ pie seuiẽs disciplina. Hic
namqꝫ est quod docẽte veritate per sama
ritani studiũ: semiuiuus in stabulũ ducit̃:
⁊ vinũ atqꝫ oleũ vulneribus eius adhibet̃
vt per vinũ scz mordeant̃ vulnera: ⁊ per
oleũ foueant̃. Necesse quippe est vt quis-
quis sanãdis vulneribus preesse in vino
morsũ doloris adhibeat: ⁊ in oleo molli-
ciẽ pietatis: quatenus per vinũ mundent̃
putrida: ⁊ per oleũ sananda foueant̃. Mi
scenda est lenitas cũ seueritate faciendũ
quoddã ex vtroqꝫ temperamentũ: vt ne-
quaꝙ̃ multa asperitate exulcerent̃ subditi
neqꝫ nimia benignitati soluãt̃. Quod iu-
xta Pauli vocẽ bene illa tabernaculi ar-
cha significat: in qua cum tabulis virga si
mul ⁊ mãna est: quia cũ scripture sacre sci
entia in boni rectoris pectore: si est virga
districtiõis: sit ⁊ mãna dulcedinis. Hinc
Dauid ait: Uirga tua ⁊ baculus tuus ip̄a
me cõsolata sunt. Uirga em̄ percutimur:
baculo sustẽtamur. Si ergo est districtio
virge que feriat: sit ⁊ cõsolatio baculi que
sustẽtet: sit itaqꝫ amoꝛ sed nõ emolliens:
sit vigoꝛ sed nõ exasperãs. Sit zelus: sed
nõ immoderate seuiẽs: sit pietas: sed non
plusꝙ̃ expediat parcẽs: vt dum se in arce
regiminis iusticia clemẽtiaqꝫ permisceãt
is qui preest corda subditoꝝ: ⁊ terrẽdo de
mulceat: ⁊ tamen ad terroris reuerentiaz
demulcẽdo constringat.

Q] rectoꝛ nõ debeat minue-
re curã internoꝝ in exterioꝝ oc-
cupatione: neqꝫ relinquere exte

riorum prouidentiam in inter-
norum pollicitudine:

Capitulum. VII.

Sit rector internoꝝ curã in exte
rioꝝ occupatiõe non minuẽs:
exterioꝝ ꝓuidentiã in interno
rũ sollicitudine nõ relinquẽs:
ne aut exteriorib⁹ deditus ab intimis cor
ruat: aut solis interiorib⁹ occupatus: que
foris debet proximis nõ impendat. Se-
pe namq̃ nonnulli velut obliti qđ fratri-
bus animarũ causa prelati sunt toto cor-
dis annisum secularibus curis inseruiũt.
Has cum assunt se agere exultant ad has
etiam cum desunt diebus ac noctibus co-
gitatiõis turbide estibus anhelant. Cũ
q̃ ab his cessante forsitã oportunitate q̃e
ti sunt: ipa deterius sua quiete fatigant:
Voluptatẽ nanq̃ cẽsent: si actiõibus de-
primunt: laborẽ deputãt si in terrenis ne
gocijs nõ laborãt. Sicq̃ fit vt dũ se vrge
re mũdanis tumultibus gaudẽt interna:
q̃ docere alios debuerãt ignorẽt. Vñ sub-
iectoꝝ quoq̃ proculdubio vita torpescit:
quia cũ proficere spũaliter sibi appetit: in
exemplo eius qui prelatus est quasi in ob
staculo itineris offendit. Languẽte enĩ
capite mẽbra in cassum vigẽt: ⁊ in explo-
ratiõe hostiũ frustra exercit⁹ velociter se-
quit: si ab ipo duce itineris errat. Nulla
subditoꝝ mentes exhortatio subleuat: eo
rũq̃ culpas increpatio nulla castigat: qr
dũ per animarũ presulẽ terreni exercet of
ficiũ iudicis: a gregis custodia vacat cura
pastoris: ⁊ subiecti veritatis lumẽ appre-
hendere nequeũt: quia dũ pastoꝝ sensus
terrena studia occupãt: vento temptatio-
nis impulsus ecclesie oclos puluis cecat
Quo cõtra recte humani generis redem
ptor: cũ nos a ventris voracitate cõpesce-
ret dicens: Attendite autẽ vobis: vt non
grauent corda vestra in crapula ⁊ ebrieta
te: illico adiũxit: Aut in curis huius vite
Ubi pauorẽ quoq̃ protinus intente adij
ciens: ne forte superueniat in nos repenti
na dies illa. Cui⁹ aduentus etiã qualita-
tem denũciat dicens: Tanq̃ laqueus eñ
veniet super omes qui sedent super faciẽ
orbis terre. Hinc iteꝝ dicit: Nemo potest
duobus dominis seruire. Hinc Paul⁹ re
ligiosoꝝ mentes a mũdi consortio conte-
stando ac potius cõueniendo suspẽdit di-
cens: Nemo militãs deo implicat se ne-
gocijs secularibus: vt ei placeat cui se ꝓ-
bauit. Hinc ecclesie rectorib⁹: ⁊ vacandi
studia precipit: ⁊ cõsulendi remedia ostẽ-
dit dicens: Secularia igitur iudicia si ha
bueritis: cõtemptibiles qui sunt in eccle-
sia illos cõstitute ad iudicandũ: vt ipi vi-
delicet dispensatiõibus terrenis inserui-
ant: quos dona spiritualia nõ exornant.
Ac si apertius dicat: Quia penetrare in-
tima nequeũt saltẽ necessaria foris operẽt
Hinc Moyses qui cũ domino loquit ibe
tro alienigene reprehensione iudicat: qđ
terrenis populoꝝ negocijs stulto labore
deseruiat. Cui consiliũ moꝝ prebet: vt ꝓ
se alios ad iurgia dirimẽda constituat: et
ipe liberius ad erudiendos populos spi-
ritualiũ archana cognoscat. A subiectis
q̃ inferiora gerẽda sunt: a rectorib⁹ sũma
cogitanda: vt scilicet oculũ qui prouiden
dis gressibus ꝑeminet: cura pulueris nõ
obscuret. Caput namq̃ subiectoꝝ sunt
cũcti qui presunt. Et vt recta pedes vale-
ant itinera carpere: hec proculdubio ca-
put debet exalto prouidere: ne a prouect⁹
sui itinere pedes torpeãt: cum curuata re
ctitudine corporis caput sese ad terrã de-
clinat. Qua autẽ mente animarũ presul:
honore pastorali inter ceteros vtitur: si in
terrena negocia que reprehendere in ali-
is debuit: ⁊ ipe versat. Quod videlicet
ex ira iuste retributiõis per prophetã do-
minus minat dicens: Et erit sicut popu-
lus: sic sacerdos. Sacerdos quippe est vt
populus: quãdo ea agit: is qui spirituali
officio fungit que illi nimirũ faciunt: que
adhuc de studijs carnalibus iudicantur.
Quod cũ magno scilicet dolore charita-
tis Hieremyas propheta cõspiciens: qua
si sub destructiõe templi deplorat dicens
Quomodo obscuratũ est aurũ: mutatus

color optimus: dispersi sunt lapides san-
ctuarij in capite omniũ platearũ? Quid
namqꝫ auro quod metallis ceteris pree-
minet: nisi excellẽtia sanctitatis figurat:
ꝗd colore optimo nisi cũctis amabilis re-
uerẽtia religionis exprimit? Quid san-
ctuarij lapidibus: nisi sacroꝝ ordinũ per
sone signant? Quid platearũ nomine: ni
si presentis vite latitudo figurat? Quia
em̃ greco eloquio platos latitudo dicitur
profecto a latitudine platee sunt vocate.
Per semetipsam vero veritas dicit: La-
ta ⁊ spaciosa via est: que ducit ad perditi
onem. Aurũ igitur obscurat: cum terre-
nis actibus sanctitatis vita polluit. Co-
lor optimus commutat: cum quorũdam
qui degere religiose credebant: estimatio
ante acta minuit. Nam cũ quilibet post
sanctitatis habitũ terrenis se actibus in-
serit: quasi colore permutato ante huma-
nos oculos eius reuerẽtia despecta palle
scit. Sanctuarij quoqꝫ lapides in plate-
as dispergũtur: cum causarũ seculariũ fo
ras lata itinera expetũt: hi qui ad ornamẽ
tum ecclesie interius ministerijs quasi in
secretis sanctuarij vocare debuerũt. Ad
hoc quippe sanctuarij lapides fiebãt: vt
intra sanctasanctoꝝ in vestimento summi
sacerdotis apparerẽt. Cum vero ministri
religionis a subditis honorẽ redempto-
ris sui ex merito vite sue nõ exigunt: san-
ctuarij lapides in ornamẽto põtificis nõ
sunt. Qui nimirũ sanctuarij lapides di-
spersi per plateas iacent: cum persone sa-
crorũ ordinũ voluptatũ suarũ latitudini
dedite: terrenis negocijs inherẽt. Et no-
tandũ quod non hos dispersos in plate-
is: sed in capite platearũ dicit: quia ⁊ cuꝫ
terrena agũt: summi videri appetũt: vt et
lata itinera teneant ex voluptate delecta-
tionis: ⁊ tamen in platearũ sint capite ex
honore sanctitatis. Nil quoqꝫ obstat si sã
ctuarij lapides eosdem ipsos quibus con-
structũ sanctuariũ existebat: accipimus.
Qui dispersi in capite platearum iacent:
quando sacrorũ ordinũ viri terrenis acti-
bus ex desiderio inseruiũt: ex quoꝝ prius

officio sanctitatis gloria stare videbatur.
Secularia itaqꝫ negocia aliquãdo ex cõ-
passione tolleranda sunt: nunquã vero ex
amore requirẽda: ne cum mentẽ diligen-
tis aggrauãt: hanc suo victã pondere ad
ima celestibus immergãt. At cõtra sunt
nõnulli qui gregis quidẽ curam suscipi-
unt: sed sic sibimet vacare ad spiritualia
appetũt: vt rebus exteriorib⁹ nullatenus
occupent. Qui cũ curare corporalia fun-
ditus negligũt: subditorũ necessitatibus
minime cõcurrunt. Quorũ nimirum pre-
dicatio plerũqꝫ despicitur: quia dũ delin-
quentiũ facta corripiũt: sed tamen eis ne-
cessaria presentis vite nõ tribuũt: nequa-
ꝙ libenter audiunt. Egentis etenim men-
tem doctrine sermo non penetrat: si hunc
apud eius animũ manus misericordie nõ
cõmendat. Tunc autẽ verbi semen facile
germinat: quãdo hoc in audientis pecto
re pietas predicãtis rigat. Unde rectori
necesse est: vt interiora possit infũdere co-
gitatiõi: innoxia etiã exteriora prouidere
Sic itaqꝫ pastores erga interiora studia
subditoꝝ suorũ ferueant: quatenus in eis
exterioris quoqꝫ vite prouidentiã non re-
linquãt. Nam quasi iure vt diximꝰ: a per
cipienda predicatiõe gregis animus fran
git: si cura exterioris subsidij a pastore ne-
gligat. Unde ⁊ primus pastor sollicite ad
monet dicens: Seniores ꝗ in vobis sunt
obsecro cõsenior ⁊ testis xp̃i passionũ: qui
⁊ eius que in futurũ reuelanda est: glorie
cõmunicator: pascite qui in vobis est gre-
gem dñi. Qui hoc in loco vtrũ passionẽ
cordis: an corporis suaderet aperuit? cuꝫ
protinus adiũxit prouidẽtes: nõ coactis:
sed spontanee scd̃m deum: neqꝫ turpis lu
cri gratia: sed volũtarie. Quibus ꝓfecto
verbis pastoribus pie precauet: ne dum
subiectoꝝ inopiam nimie satiãt: se mucro
ne ambitiõis occidãt: ne cum per eos car
nis subsidijs reficiunt proximi: ipsi rema-
neant a iusticie pane ieiuni. Hanc pasto-
rum sollicitudinẽ Paulus excitat dicẽs:
Qui suorũ ⁊ maxime domesticorũ curaꝫ
non habet fidem negauit: ⁊ est infideli de

terior. Inter hec itaq metuendũ semper
est et vigilanter intuẽdum: ne dum cura
ab eis exterior agitur:ab interna intentio
ne mergantur. Plerũq enim vt predixi-
mus corda rectorũ: dum temporali sollici
tudini incaute deseruiũt: ab intimo amo-
re refrigescũt: ⁊ foras fusi obliuisci nõ me
tuũt:quia animarũ regimina susceperũt.
Sollicitudo ergo que subditis exterius
impendit:sub certa necesse est mẽsura te-
neatur. Unde bene ad Ezechielẽ dicitur
Sacerdotes caput suũ non radent : neq
comã nutrient : sed tondentes attundeãt
capita sua. Sacerdotes namq iure voca
ti sunt:qui vt sacrũ ducatum prebeant:fi-
delibus p̃sunt. Capilli vero in capite ex-
teriores sunt cogitatiões in mente. Qui
dum super cerebrũ insensibiliter oriuntur
curas presentis vite exprimũt: que ex sen
su negligentis:quia importune aliquãdo
prodeũt: quasi nobis non sentiẽtibus pro
cedunt. Quia igit̃ cuncti qui presunt ha
bere quidem sollicitudines exteriores de
bent: nec tamen eis vehementer incũbe-
re. Sacerdotes recte ⁊ caput prohibẽtur
radere: ⁊ comã nutrire: vt cogitatiões car
nis de vita subditorum:nec a se funditus
amputẽt: nec rursus ad crescendũ nimis
relaxent. Ubi ⁊ bene dicit̃: Tondentes
tondeãt capita sua: vt videlicet cure tem
poralis sollicitudines : et quantũ necesse
est prouideant : ⁊ tamen resecent̃ citius:
ne immoderatius excrescãt. Dum igitur
⁊ per administratã exteriorem prouiden
tiam corporũ vita protegit̃: et rursus per
immoderatã cordis sollicitudinẽ inten-
tio non impedit̃: capilli in capite sacerdo
tis ⁊ seruant̃ vt cutem cooperiãt: ⁊ resecã
tur ne oculos claudãt.

Que esse debeat Rectori di- scretio:correctionis: dissimula- tionis:feruoris: ⁊ mansuetudi- nis.

Capitulum. VIII.

Inter hec quoq necesse est: vt
rector solerter inuigilet:ne hũc
cupido placẽdi hominib᷒ pul-
set:ne cũ studiose interiora pe-
netrat : cum prouide exteriora submini-
strat. se magis a subditis diligi: quã veri-
tatẽ querat: ne cũ bonis actibus fultus: a
mũdo videt̃ alienus: hũc auctori reddat
extraneũ amor suus. Hostis nãq redem-
ptoris est: qui per recta opa que facit eius
vite ab ecclesia amari cõcupiscit: q̃r adul-
terine cogitatõis reus est: si placere puer
sponse oculis appetit: per quem sponsus
dona trãsmisit. Qui nimirũ amor ppri᷒:
cũ rectoris mẽtẽ ceperit aliq̃n hãc inordi
nate ad molliciẽ: aliq̃n xo ad asperitatez
rapit. Ex amore etem̃ suo mens rectoris
in molliciẽ vertit̃: quia cũ peccãtes subdi
tos respicit: ne erga hũc eoꝝ dilectio tor-
peat: corripere nõ presumit: nõnunq̃ ve-
ro ⁊ rata subditoꝝ que increpare debue-
rat: adulatiõibus demulcet. Unde bene per
pphetã dr̃ Ue his qui ꝯsumũt puluillos
sub oĩm cubito manus: ⁊ faciũt ceruicalia
sub capite vniuerse etatis ad capiẽdas aĩas
Puluillos quippe sub oĩ cubito man᷒ ẽ
ponere cadẽtes a sua rectitudĩe aĩas: atq
in huius mũdi delectatiõe se reclinãtes:
blãda adulatiõe refouere. Quasi em̃ pul
uillo cubitus vel ceruicalib᷒ caput iacen
tis eripit̃: cũ correptiõis duricia peccanti
subtrahit̃: eiq mollicies fauoris adhibet̃
vt in errore molliter iaceat: q̃ nulla aspe-
ritas cõtradictiõis pulsat. Sed hec recto
res qui semetiṗos diligũt his pculdubio
exhibent: a quibus se noceri posse in stu-
dio glorie tpalis timent. Nã quos nihil
cõtra se valere ꝯspiciũt: hos nimirũ aspe
ritate semp rigide inuectõis premũt. Nũ
q̃ clemẽter admonẽt: sed pastoral̃ mãsue
tudis obliti iure dñatiõis terrẽt. Quos
recte per pphetã diuina vox increpat di-
cẽs: Uos aũt cũ austeritate impabitis eis
⁊ cũ potẽtia: plus em̃ se suo auctore diligẽ
tes iactãter erga subiectos erigũt: nec q̃d
agere debeãt: sed quid valeant attendũt.
Nihil de subsequenti iudicio: metutũ :

īmpꝛobe de tēpoꝛali ptāte gloꝛiantur. Li
bet vt licēter ⁊ illicita faciāt. ⁊ subditoꝝ
nemo contradicat. Qui ergo ⁊ pꝛaua stu
det agere. ⁊ tamē ad hec vult ceteros tace
re ipse sibimet testis ē: qꝛ plus veritate se
appetit diligi ꝙ cōtra se nō vult defendi.
Nemo quippe ē qui ita viuat: vt aliqua-
tenus non deliquat. Ille ergo seipso am-
pli⁹ veritatē desiderat amari. q̄ sibi a nul-
lo vult cōtra veritatē parci. Hinc etenim
Petr⁹ increpationē pauli libēter accepit
Hinc dauid coꝛrectionem subditi humili
ter audiuit: qꝛ ⁊ rectoꝛes boni dū pꝛiuato
diligere amoꝛe se nesciūt. libere puritatis
verbū a subditis obsequiū humilitatis cre
dūt. Sed inter hec necesse est vt cura regi
minis tāti moderaminis arte tempeꝛ. qua
tenus subditoꝝ mēs cū quedā recte senti
re potuerit. sic in vocis libertatē pꝛodeat
vt tamē libertas in superbiā nō erumpat
ne dū foꝛtasse īmoderātius. lingue eis li-
bertas conceditur: vite ab his humilitas
amittaꝛ. Sciēdū quoqꝫ est qꝺ opoꝛtet vt
rectoꝛes boni placere hominib⁹ appetāt
scꝫ vt sue estimatiōis dulcedine: pꝛoximos
in affectū veritatis trahāt nō vt se amari
desiderēt sed vt dilectionē suā quasi quan
dā viā faciāt ꝑ quā coꝛda audientium ad
amoꝛē cōditoꝛis sui introducāt. Difficile
quippe est vt quālibet recte denuncians
pꝛedicatoꝛ qui nō diligiꝛ libēter audiaꝛ.
Debet ergo q̄ pꝛeesse ⁊ studere se diligi:
quaten⁹ possit audiri: ⁊ tamē amoꝛē suuꝫ
ꝓ semetipso nō querere ne inueniaꝛ ei cui
seruire ꝑ officiū cerniꝛ occulta cogitatiōis
tyrannide resultare. Qꝺ bene Paul⁹ in
sinuat cū sui nobis studij occulta manife-
stat. dicens. Sicut ⁊ ego per omnia omni
bus placeo. Qui tamē rursus dicit. Ego
si adhuc hominibus placerē: Chꝛisti ser-
uus non essem. Placet ergo Paulus et
non placet quia in eo qꝺ placere appetit.
nō se sꝫ ꝑ se hoībus placere veritatē q̄rit.

Qꝛ scire sollicite rectoꝛ debeat qꝛ plerūqꝫ vitia virtutes se esse mentiuntur. Cap. IX.

SCire etiā rectoꝛ debet qꝺ ple-
rūqꝫ vitia virtutes se esse men-
tiunꝛ. nā sepe sub Parsimonie
nomine. se tenacia palliat: con
traqꝫ se effusio sub appellatiōe largitatis
occultat. Sepe inoꝛdinata remissio pie-
tas crediꝛ ⁊ effrenata ira spūalis zeli vir-
tus estimaꝛ. Sepe pꝛecipitata actio velo-
citatis efficatia: atqꝫ agēdi tarditas graui
tatis consiliū putaꝛ. Unde necesse ē vt re
ctoꝛ animarū virtutes a vitijs vigilāti cu
ra discernat. ne aut coꝛ tenacia occupet: ⁊
par cū se videri in dispēsationib⁹ exultet:
aut cū effuse quid impendiꝛ: largū se qua
si miserādo gloꝛieꝛ aut remittēdo qꝺ feri-
re debuit. ad eterna supplicia subditos ꝑ
trahat: aut īmaniter feriēdo qꝺ delinqui
tur ipse grauius delinquat: aut hic quod
agi recte ac grauiter potuit. īmature pꝛe-
ueniens leuiget. aut bone actionis meri-
tum differēdo ad deterioꝛa ꝑmutet.

Quanta debeat esse diuersitas artis pꝛedicationis. Capitulum. .X.

SCiendū quoqꝫ est. qꝺ aliquan-
do subiectoꝝ vitia pꝛudenter
dissimulāda sunt: sꝫ qꝛ dissimu
lāter iudicāda. Aliqn̄ ⁊ apte
cognita. mature tolerāda. aliqn̄ vero sub
tiliter occulta ꝑscrutāda. aliqn̄ leniter ar-
guēda. aliqn̄ autē vehemēter increpanda
Nōnulla quippe vt dixim⁹ pꝛudēter dissi
mulāda sunt: sꝫ qꝛ dissimulanꝛ iudicāda:
vt cū delinquēs ⁊ depꝛehēdi se cognoscit
⁊ ꝑpeti has quas ī se tacite tolerari ꝯside
rat agere culpas erubescat se seqꝫ iudice
puniat. quē sibi apud se rectoꝛis patiētia
clemēter excusat. qua scꝫ dissimulatione
bene iudeam domin⁹ coꝛripit. cū per pꝛo-
phetam dicit. Mētita es ⁊ mei non es re
coꝛdata neqꝫ cogitasti in coꝛde tuo qꝛ ego
sum tacens. ⁊ quasi non videns. Et dissi
mulauit ergo culpas ⁊ innotuit: qꝛ ⁊ con
tra peccantē tacuit. ⁊ hoc ipsum tamē q̄a
tacuerit: dixit. Nōnulla autem vel aperte

cognita mature tolerãda sunt:cũ vicz rex
minime oportunitas ↄgruit vt aperte cor
rigant. Nã secta ĩmature vulnera: deteri
us inferuescũt. Et nisi cũ tpe medicamẽta
couenian: cõstat pculdubio qđ medendi
officiũ amittãt. Sed cũ subditis tempus
ad correptionẽ querit sub ipso culparũ põ
dere patiẽtia presulis exercet. Unde bene
per psalmistã dicit. Supra dorsum meuz
fabricauerũt peccatores. In dorso quip-
pe onera sustinem⁹. Supra dorsum igitur
suũ peccatores fabricasse querit. Ac si ap
te dicat quos corrigere nequeo quasi sup
impositũ on⁹ porto. Nõnulla autem sunt
subtiliter. occulta pscrutãda vt quibusdã
signis erũpentib⁹. rector in subditorũ mẽ-
te oẽ qđ clausum latet ĩueniat ⁊ interueni
ente correctiõis articulo. ex minimis ma-
iora cognoscat. Uñ recte ad Ezechielem
dicit. Fili homis fode parietẽ vbi mox is
dem pppheta subiũgit. Et cũ pfodissẽ pa
rietẽ apparuit hostiũ vnũ. Et dixit ad me
Ingredere ⁊ vide abomĩatiões pessimas
quas isti faciũt hic. Et ingressus vidi. et
ecce oĩs similitudo reptiliũ ⁊ animaliũ ab
hominatio. ⁊ vniuersa ydola dom⁹ israel
depicta erãt in pariete. Per Ezechielem
quippe ppositorũ psona signat: p parietẽ
duritia subditorũ. Et quid est parietẽ fo-
dere nisi acutis inquisitionib⁹ duritiã cor
dis apire. Quẽ cũ pfodisset. aperuit osti-
um: qr cũ cordis duritia vel studiosis per
cõtationib⁹. vel maturis correptionibus
scindit. quasi quedã ianua ostẽdit ex qua
omnia in eo qui corripit. cogitationũ inte
riora videant. vnde ⁊ bene illic sequitur.
Ingredere ⁊ inde abhominationes pessi
mas quas isti faciũt hic. Quasi ingredit
vt abhominationes aspiciat: q̃ discussas q̃
busdã signis. exteri⁹ apparẽtibus ita cor-
da subditorũ penetrat. vt cũcta ei que illi
cite cogitant. innotescãt. Unde ⁊ subdit.
Et ingressus vidi: ⁊ ecce omĩs similitudo
reptiliũ ⁊ animaliũ abhominatio. In rep-
tilibus cogitationes omnino terrene sig-
nantur: in animalib⁹ vero iam quidẽ ali-
quantulũ a terra suspẽse. sed adhuc terre-
ne mercedis premia requirẽtes. Nam re
ptilia toto ex corpore terre inherẽt. Ani-
malia autẽ mole corporis a terra suspensa
sunt: appetitu tamẽ gule ad terrã semper
inclinant. Reptilia itaq3 sunt intra parie
tem. quãdo cogitationes voluunt in mẽ-
te. que a terrenis desiderijs nunq̃ leuan-
tur. Animalia quoq3 sunt intra parietem
qñ ⁊ si qua iam iusta. si qua honesta cogi-
tantur. appetẽdis tamẽ lucris temporali-
bus honoribusq3 deseruiũt. Et per semet
ipsa quidẽ iam quasi a terra suspensa sunt
sed adhuc per ambitũ quasi per gule desi
derium sese ad ima submittũt. vnde ⁊ be
ne subditur. Uniuersa ydola domus isra-
el depicta erãt in pariete. Scriptũ quip-
pe est. Et auariciã que ẽ ydolorũ seruit⁹.
Recte ergo post animalia ydola descri-
bunt: qr ⁊ si honesta actione. nõnulli qua
si a terra se erigunt ambitione tamẽ inho-
nesta semetipsos ad terram deponũt. Be
ne autẽ dicit depicta erant qr dum exteri
orum rerũ intrinsecus species attrahunt
quasi in corde depingitur. quicquid fictis
imaginib⁹ deliberãdo cogitat. Notandũ
itaq3 est qr prius foramẽ in pariete. ac de
inde ostiũ cernit: ⁊ tunc demũ occulta ab
hominatio demonstrat. qr nimirũ vniuscu
iusq3 peccati prius signa forinsec⁹. de-
inde ianua aperte iniquitatis ostendit: et
tũc demũ omne malũ qđ intus latet aperi
tur. Nõnulla autẽ sunt leniter arguenda
nam cũ non malicia sed sola ignorãtia vl'
infirmitate delinquit. profecto necesse est
vt magno moderamine delicti ipsa corre-
ptio tempetur. Cuncti quippe quousq3 ĩ
hac mortali carne subsistimus. corruptio
nis nostre infirmitatib⁹ subiacemus. In
se ergo debet quisq3 colligere. qualiter ali
ene hinc oporteat imbecillitati misereri.
ne contra infirmitatẽ proximi. si ad incre
pationis vocem feruentius rapitur. obli-
tus sui esse videatur. Unde bene Paul⁹
admonet: dicens. Si preoccupatus fue-
rit homo in aliquo delicto. vos qui spũa-
les estis huiusmodi instruite ĩ spiritu le-
nitatis considerans teipsum ne ⁊ tu tem-

C

pteris. Ac si aperte dicat. Cum displicet
ex aliena infirmitate qd̄ conspicis pensa
qd̄ es vt ab increpationis zelo se spiritus
temperet. duz sibi quoqȝ ⁊ increpat timet
Nōnulla autem sunt vehemēter increpā
da vt cum culpa ab auditore nō agnosci-
tur quanti sit ponderis ab increpātis ore
sentiatur. ⁊ cum sibi quis malū qd̄ perpe-
trauit leuigat: hoc ꝯtra se grauiter ex cor
ripientis asperitate pertimescat. Debitū
quippe rectoris est. superne patrie gloriā
per vocem predicationis ostēdere. quāta
in huius vite itinere temptamēta antiqui
hostis lateant aperire. ⁊ subditoruz mala
que tolerari leniter nō debent cum mag-
na zeli asperitate corrigere. ne si minꝰ cō-
tra culpas accenditur culparū omniū re-
us ipse teneatur. Unde bene ad Ezechie-
lem dicitur. Sūme tibi laterem ⁊ pones
eum coram te ⁊ describes in eo ciuitatem
Hierusalē. Statimqȝ subiungitur. ⁊ or-
dinabis aduersus eam obsidionē. ⁊ edifi-
cabis munitiones ⁊ cōportabis aggerez:
⁊ dabis contra eam castra. ⁊ pones arie-
tes in gyro. eiqȝ ad munitionem suā pro-
tinus subinfertur. Et tu sūme tibi sartagi
nem ferream: ⁊ pones eam muruz ferreū
inter te ⁊ inter ciuitatē. Cuius enim Eze
chiel propheta nisi magistroꝝ spem tenet
cui dicitur. sūme tibi laterem ⁊ pones eū
coram te ⁊ describes in eo ciuitatem Hie-
rusalem. Sancti quippe doctores sibi la-
terem sumunt. quando terrenū auditorū
cor vt doceāt apprehendūt. Quē scilicet
laterem corā se ponunt quia tota illū mē-
tis intentione custodiunt. In quo ⁊ ciui-
tatem Hierusalez iubenter scribere: quia
predicando terrenis cordibꝰ curant sum-
opere. que sit super ne pacis visio demon
strare. Sed quia incassuz gloria patrie ce
lestis agnoscitur. nisi ⁊ quanta hic irruāt
hostis callidi temptamēta noscant: aper-
te subiungitur. Et ordinabis aduersus
eam obsidionē. ⁊ edificabis munitiones.
Sancti quippe predicatores obsidionem
circa laterē in quo Hierusalē ciuitas de-
scripta est ordināt. quando terrene menti
sed iam supernā patriam requirēti. quan-
ta eam in huius vite tēpore vitiorū impu
gnet aduersitas demonstrāt. Nā cū vnū-
quodqȝ peccatum quomodo proficiētibꝰ
insidiet ostēditur. quasi obsidio circa ciui
tatem Hierusalē voce predicatoris ordi-
natur. Sed quia non solū debent innote-
scere. qualiter vitia impugnēt verum eti-
am quomodo custodite nos virtutes ro-
borent: recte subiungit. ⁊ edificabis mu-
nitiones. Munitiones quippe sanctus ꝑ
dicator edificat. quando que sancte virtu
tes. quibus resistant vitijs demonstrant.
Et quia crescente virtute plerūqȝ bella tē
ptationū augētur. recte ad hec addit. Et
comportabis aggerē ⁊ dabis contra eam
castra. ⁊ pones arietes in gyro. Aggerē
nāqȝ cōportat. quando predicator quisqȝ
molē crescentis temptationis enunciat.
Et contra Hierusalē castra erigit quādo
recte intentioni audientiū hostis callidi
circūspectas fraudes ⁊ quasi incomprehē
sibiles insidias predicat. atqȝ in gyro arie
tes ponit: cuz temptationū aculeos ī hac
vita, nos vndiqȝ circūdantes ⁊ virtutum
murum perforātes innotescit. Sed cun-
cta hec licet subtiliter rector insinuet nisi
contra delicta singulorū emulationis spi-
ritu ferueat. nullam sibi imperpetuū abso
lutionem parat. Unde illic adhuc recte
subiungitur. ⁊ tu sume tibi sartaginez fer
ream ⁊ pones eam murum ferreū inter te
⁊ inter ciuitatem. Per sartaginem quip-
pe frixura mentis: per ferrum vero incre-
pationis fortitudo signatur. Quid vero
acrius doctoris mentem. quam zelus dei
frigit ⁊ excruciat. Unde Paulꝰ huiꝰ sar
taginis vrebatur frixura cum diceret. q̄s
infirmatur ⁊ ego non infirmor. quis scan-
dalizatur ⁊ ego non vror? Et quia quisqȝ
zelo dei accenditur ne dampnari ex negli
gentia debeat forti imperpetuū custodia
munitur. ⁊ recte dicitur pones eam murū
ferreum inter te ⁊ inter ciuitatē. Sartago
enim ferrea murus ferreus inter prophe-
tam ⁊ ciuitatē ponitur quia cum nunc for
tem zelū rectores exhibent. eundē zelum

postmodū inter se ꝛ auditores suos fortez munitionē tenent: ne tunc ad vindictam destituti sint si nunc fuerint in correctionem dissoluti. Sed inter hec sciendū est. quia dum ad increpationē se mens doctoris exasperat. difficile valde est vt non aliquando ꝛ ad aliquid qđ dicere nō debet erumpat. Et plerūqꝫ contingit vt dū culpa subditorū cum magna inuectione corripitur: magistri lingua vsqꝫ ad excessus verba pertrahatur. Cūqꝫ increpatio imoderate accenditur corda delinquentiū in desperatione deprimunt. Unde necesse ē vt exasperatus rector cum subditorū mentem plus se ꝙ debuit percussisse considerat. apud se semper ad penitētiā recurrat. vt per lamenta veniam in conspectu veritatis obtineat. ex eo etiam qđ per zeli ei⁹ studium peccat. Qđ figurate domin⁹ ꝑ moysen precipit dicens. Si quis abierit cum amico suo simpliciter in siluam ad ligna cedenda ꝛ lignum securis effugerit manu ferrūqꝫ lapsum de manubrio amicū eius percusserit ꝛ occiderit. hic ad vnā supradictarum vrbiū fugiet. ꝛ viuet ne forte proximus eius cuius effusus est sanguis. doloris stimulo persequatur ꝛ apprehendat eum ꝛ percutiat animā eius. Ad siluam quippe cum amico imus: quotiēs ad intuenda subditorū delicta ꝯuertimur Et simpliciter ligna succidimus cum delinquentiū vitia pia intentione resecam⁹. Sed securis manū fugit cum sese increpatio plus ꝙ necesse est in asperitate pertrahit ferrūqꝫ de manubrio prosilit. cum de correptione sermo durior excedit. Et amicum percutit ꝛ occidit. quia auditorem suum prolata contumelia a spiritu dilectionis interficit. Correpti namqꝫ mens repēte ad odium prorsuit si hanc imoderata increpatio plus ꝙ debuit addicit. Sed his qui incaute lingua percutit. ꝛ proximum extinguit: ad tres necesse est vrbes fugiat vt in vna earū defensus viuat. quia si ad penitentie lamēta cōuersus. imunitate sacramenti sub spe. fide. ꝛ charitate absconditur. reus perpetrati homicidij nō tenetur. Eumqꝫ proximus extincti cum inuenerit non occidit: quia cum districtus iudex venerit: qui sese nobis per nature nostre consortiū iunxit. ab eo ꝓculdubio culpe reatum nō expetit: quem sub eius venia. spes. fides. ꝛ charitas abscondit.

Qđ sacri precepta eloquij cū timore et amore sint quottidie meditanda.

Cap. XI.

Sed omne hoc rite a rectore agitur. si superne formidinis ꝛ dilectiōis spiritu afflatus studiose quotidie sacri eloquij precepta meditetur vt in eo vim solicitudinis ꝛ erga celestem vitā prouide circumspectionis quā humane cōuersationis vsus idesinenter destruit. diuine admonitionis verba restaurent. ꝛ qui ad vetustatē vite per societatē seculariū ducitur. ad amorē semper spiritualis patrie cōpunctionis aspiratione renouetur. Ualde namqꝫ inter humana verba cor defluit. Cūqꝫ indubitanter constet. qđ externis occupationū tumultibus impulsum a semetipso corruat studere incessabiliter debet vt per eruditionis studium resurgat. Hinc est enim qđ prelatum gregi discipulū Paulus admonet: dicens. Dum venio attende lectioni. Hinc Dauid ait. Quomodo dilexi legē tuā domine tota die meditatio mea est. Hinc Moysi domin⁹ deportanda archa precepit: dicens. Facies quatuor circulos aureos. quos pones per quatuor arche angulos. Faciesqꝫ vectes de lignis sethim. ꝛ operies auro: inducesqꝫ per circulos qui sunt in arche lateribus vt portent in eis: qui semp erunt in circulis. nec vnquam extrahent ab eis. Quid per archā nisi sancta ecclesia figuratur? Cui quatuor circuli aurei per quattuor angulos iubentur adiungi: quia in eo quod per quatuor partes mundi dilatata tendit. ꝓcul-

dubio quatuor sancti euāgelij libris acci
cta predicatꝛ. Uectesq; de lignis sethim fi
unt: qui eisdē ad portandū circulis inserū
tur: quia fortes perseuerātesq; doctores:
velut imputribilia ligna querendi sunt: q̄
instructiōi sacroꝝ voluminū semper inhe
rentes sancte ecclesie vnitatē denunciēt:
⁊ quasi intromissis circulis archā portēt.
Uectibus quippe archaȝ portare est: bo-
nis doctoribus sanctā ecclesiā ad erudiē-
das infideliū mentes predicādo deducere
Qui auro quoq; iubentꝛ operiri: vt cū ser
mone alios insonāt: ipsi etiam vite splen-
dore fulgescāt. De quibus apte subditur
Qui semꝑ erūt in circulis nec vnq̄ extra
henꝛ ab eis: q2 nimirū necesse est: vt qui
ad officiū predicatiōis excubāt a sacre le-
ctiōis studio non recedant. Ad hoc nāq;
vectes esse in circulis semꝑ iubentꝛ: vt cū
portari archam oportunitas exigit: de in
tromittēdis vectibus portandi tarditas
nulla genereꝛ: quia videlicet cū spiritale
aliquid a subditis a pastore inquiritꝛ igno
miniosum valde est: si tūc querat discere:
cū questionē debet enodare. Sed circu-
lis vectes inhereāt: vt doctores semꝑ in
suis cordibus eloquia sacra meditātes te
stamenti archā sine mora eleuent: si quic-
quid necesse est protinus docent. Unde
bene primus pastor ecclesie pastores cete
ros admonet dicēs: Parati sꝑ ad satisfa-
ctionē omi poscēti vos rationē: de ea que
in vobis est spe. Ac si aperte dicat: vt ad
portandā archā mora nulla prepediat ve
ctes a circulis nunq̄ recedant.

Explicit secunda pars.

Incipit tertia pars: demonstrans qualiter bonus pastor subditos suos docere debeat: et admonere.

Qui nō vna eadēq; cūctis ex-
hortatio ꝯgruat: cū collecta enu
meratiōe diuersitatū quib⁹ ali-
ter aliterq; singuli admonendi
veniunt: Capitulum. I.

Qua igitꝛ qualis esse debeat
pastor ostendimus: nūc qua
liter doceat: demōstremus:
vt em̄ longe añ nos reuerē-
de memorie Gregori⁹ nazā-
zen⁹ edocuit: nō vna eadēq; cūctis exhor
tatio cōgruit: q2 nec cūctos par moꝝ qua
litas astringit. Sepe nāq; alijs officiūt: q̄
alijs prosunt: q2 ⁊ plerūq; herbe que hec
aīalia nutriūt: alia occidūt: ⁊ lenis sibilus
equus mitigat: catulos instigat: ⁊ medi-
camentū qđ hunc morbū imminuit alteri
vires iūgit: ⁊ panis qui vitā fortiū robo-
rat: paruuloꝝ necat. Pro qualitate igitꝛ
audientiū formari debet sermo doctorū:
vt ⁊ sua singulis ꝯgruat: ⁊ tñ a cōis edifi
catiōis arte nunq̄ recedat. Quid em̄ sūt
intēte mētes auditoꝝ: nisi vt ita dixerī q̄-
dā in cythara tensiones stricte cordaruȝ:
quas tangēdi artifex vt nō sibimetipi dis-
simile cāticū faciāt dissimiliter pulsat. Et
iccirco corde consonā modulationē red-
dūt: q2 vno quidē plectro: sed nō vno im-
pulsu feriuntꝛ: vnde ⁊ doctorē quisq; vt in
vna cūctos virtute charitatis edificet: ex
vna doctrina nō eadēq; exhortatiōe tan-
gere corda audientiū debet. Aliter nāq;
viri: aliter admonēde sunt femine: aliter
iuuenes: aliter senes: aliter inopes: aliter
locupletes: aliter leti aliter tristes: aliter
subditi: aliter p̄lati: aliter serui: aliter dñi
aliter hui⁹ mūdi sapiētes: aliter hebetes:
aliter impudētes: aliter verecūdi: aliter ꝓ
terui: aliter pusillanimes: aliter impaciē-
tes: aliter patiētes: aliter beniuoli: aliter
inuidi: aliter simplices: aliter impij: aliter
incolumes: aliter egri: aliter qui flagella
metuūt: ⁊ ꝓpterea innocēter viuūt. Ali-
ter qui sic in iniq̄tate duruerūt: vt nec per
flagella corrigantꝛ. Aliter nimis taciti: ali
ter multiloquio vacātes Aliter pigri: ali
ter precipites. Aliter māsueti: aliter ira-
cūdi. Aliter humiles: aliter elati. Aliter
pertinaces: aliter incōstantes. Aliter gu-
le deditī: aliter abstinētes. Aliter qui sua
misericorditer tribuūt. Aliter qui aliena

rapere contendūt. Aliter que nec aliena appetunt nec sua largiunt. Aliter qui et ea que habent tribuunt sua. & aliena rapere nō desistunt. Aliter discordes. Aliter pacati. Aliter seminātes iurgia. Aliter pacifici. Aliter admonendi sunt qui sacre legis verba nō recte intelligūt. Aliter q̄ quidē recte intelligūt sed humiliter nō loquunt. Aliter qui cū predicare digne valeant. p̄ humilitate nimia formidāt. Aliter quos a predicatiōe imperfectō vel etas prohibet. & tamē precipitatio impellit. Aliter qui in hoc qđ tpaliter appetūt psperātur Aliter qui quidē que mūdi sūt concupiscūt sed tamē aduersitatis labore fatigant. Aliter cōiugijs obligati. Aliter a cōiugij nexib⁹ liberi. Aliter ammixtiōe carnis experti. Aliter ignorantes. Aliter qui peccata deplorāt operū. Aliter qui cogitationum. Aliter qui cōmissa plangūt nec tamen deserūt. Aliter q̄ deserūt nec tamē plangūt. Aliter qui illicita q̄ faciūt etiā laudāt. Aliter qui accusant praua nec tn̄ deuitant. Aliter qui repētina cōcupiscētia supant. atq3 aliter qui in culpa & cōsilio ligantur. Aliter qui licet minima crebro tamē illicita faciūt. atq3 aliter qui se a puis custodiūt: sed aliquādo in grauib⁹ demergunt Aliter qui bona nec inchoāt. Aliter q̄ inchoata minime cōsumāt. Aliter qui mala occulte agūt & bona publice. Aliter q̄ bona que faciūt abscondūt. & tamen quibusdā factis publice mala de se opinari permittunt.

Qd diuersi admonitiōis modi de singulis sint ponēdi: et de differenti modo admonendi viros atq3 mulieres. Cap. I.

Sed quid vtilitatis est qđ cūcta hec enumeratiōe collecta trāscurrim⁹. si non etiā admonitionis modos p singula quāta possumus breuitate pandamus. Aliter igitur sunt viri atq3 aliter femine. quia illis grauia istis vero iniungēda sunt leuiora: vt illos magna exercēdo. istas autē lenia demulcēdo cōuertant.

De diuerso modo admonēdi iuuenes atq3 senes. Capi. II.

Aliter iuuenes atq3 aliter senes quia illos plerūq3 seueritas admonitionis ad prouectum dirigit. istos vero ad meliora opa deprecatio blāda cōponit. Scriptū quippe est. seniorē ne increpaueris sed obsecra vt patrem.

De diuerso modo admonendi inopes atq3 locupletes. Capi. III.

Aliter admonēdi sunt inopes. atq3 aliter locupletes: illis nāq3 offerre cōsolationis solatium cōtra tribulationē. istis vero inferre metū cōtra elationē debem⁹. Inopi quippe a dn̄o per pphetā dicitur Noli timere q2 nō cōfunderis. Cui nō lōge post blandiēs dicit. Paupercula tempestate cōuulsa. Rursumq3 hanc cōsolatur: dicēs Probam⁹ te in camino paupertatis. Et cōtra Paul⁹. discipulo de diuitibus dicit. Diuitib⁹ huius seculi precipe non superbe sapere. neq3 sperare in incerto diuitiarum suarū. Ubi notandū est valde qđ humilitatis doctor memoriā diuitū faciens. non ait roga sed precipe. q2 & si impendēda ē pietas infirmitati. honor tamē non debet elationi. Talibus ergo rectū est qđ dicit tanto rectius iubet quāto & in rebus trāsitorijs altitudine cogitatiōis intumescūt De his in euāgelio dn̄s dicit. Ue vobis diuitibus qui habetis consolationem vestrā. Quia eni que sunt eterna gaudia, nesciunt. ex presentis vite habundātia cōsolantur. Offerēda est ergo eis consolatio quos caminus paupertatis excoquit atq3 illis inferēdus est timor quos cōsolatio glorie temporalis extollit: vt & illi discant q2 diuitias quas nō conspiciunt possidebūt & isti cognoscāt quia eas quas cōcupiscūt

lenere nequaꝙ possunt. plerūqȝ tamē per
sonarum ordinē permutat qualitas morū
vt sit diues humilis sit pauper elatus. vn
de mox predicātis lingua cum audientis
vita debet cōponi. vt tanto districtius in
paupere elationē feriat: quanto euȝ nec il
lica paupertas inclinat. Et tanto leuiꝰ hu
militatē diuitum demulceat: quanto eos
nec habundātia que subleuat exaltat.
Nonnunꝙ tamen etiā superbus diues ex
hortationis blandimento placādus est qȝ
⁊ plerūqȝ dura vulnera per leuia fomenta
mollescunt. ⁊ furor insanorū sepe ad salu-
tem medico blandiente reducitur. Cūqȝ
eis in dulcedine condescenditur. languor
insanie mitigatur. Neqȝ eni negligenter
intuendū est. qđ cum saulem spiritus ad-
uersus inuaderet. apprehensa Dauid cy-
thara. eius vesaniā se dabat ac tempera-
bat. Qđ enim per Saulē nisi elatio potē
tium ⁊ quid per dauid innuitur nisi humi
lis vita sanctorum. Cum ergo Saul ab i-
mundo spiritu arripit. Dauid canēte. eiꝰ
vesania tempatur: quia cum sensus potē-
tium. per elationē in furorē vertitur. Dig
num est vt ad salutē. mens quasi dulcedi
ne cythare. locutionis nostre tranquillita
te reuocet. Aliquādo autē cum huius se-
culi potentes arguunt. prius per quasdā
similitudines velut de alieno negocio re-
quirendi sunt. ⁊ cuȝ rectā sententiā quasi
in alterū pertulerint. tūc modis congruē-
tibus de ꝓprio reatu feriēdi sunt vt mēs
temporali potētia tumida. contra corripi
entem nequaꝙ se erigat que suo sibi iudi-
cio superbie ceruiceȝ calcat. ⁊ in nulla sui
defensione se exerceat. quem sentētia pro
prij oris ligat. Hinc est eni ꝙ Natan pro
pheta arguere regem venerat. ⁊ quasi de
causa pauperis cōtra diuitem iudiciū que
rebat. vt prius rex sententiā diceret. ⁊ rea
tum suū postmodum audiret quatenꝰ ne-
quaꝙ iusticie contra diceret ꝙ in se ipse
protulisset. Uir itaqȝ sanctus ⁊ peccatorē
considerans ⁊ regē miro ordine audacem
reum prius per cōfessionē ligare studuit:
⁊ postmodū per inuectionem secare. Cela
uit paululū quē quesiuit sed percussit re-
pente quē tenuit. Pigrius eni fortasse in
cideret. si ab ipso sermonis ex ordio aper-
te culpam ferire voluisset. Sed premissa
similitudine eam ꝙ occultabat exacuit in
crepationē. Ad egrū medicus venerat. se
canduȝ vulnus videbat. sed de patientia
egri dubitabat. Abscondit igitur ferrum
medicinale subueste ꝙ eductū subito fixit
in vulnere. vt secātē gladiū sentiret eger
anteꝙ cerneret. ne si ante cerneret sentire
recusaret.

De diuerso modo admonendi letos atqȝ tristes Capitulum. IIII.

Aliter admonendi sunt leti at-
qȝ aliter tristes. Letis videli
cet inferenda sunt tristia que se
cuntur ex supplicio: tristibꝰ ve
ro inferenda sunt leta. que promittunt ex
regno. Discant leti ex minaruȝ asperitate
qđ timeant. audiant tristes premiorū gau
dia. de quibus presumant. Illis quippe
dicitur. ve vobis qui ridetis nunc. quoni
am flebitis. Isti vero eodē magistro audi
ant dicente. iterū videbo vos ⁊ gaudebit
cor vestrū ⁊ gaudiū vestruȝ nemo tollet a
vobis. Nōnulli autem leti vel tristes nō
rebus fiunt. sed conspersionibus existunt
quibus profecto intimandū est. qđ quedā
vitia quibusdā conspersionibus iuxta sūt
Habent enim leti ex propinquo luxuriam
tristes vero iram. vnde necesse est vt non
solum quisqȝ consideret ꝙ ex conspersio-
ne sustinet sed etiam ꝙ ex vitio ad deteri-
us per vrget. ne dum nequaꝙ pugnat cō
tra hoc qđ tollerat: ei quoqȝ a quo se libe-
rum estimat vitio succūbat.

De diuerso modo admonendi subditos atqȝ prelatos. Capitulum. V.

Aliter admonendi sunt subditi
atqꝫ aliter prelati. Illos ne sub
iectio cōterat. Istos ne locꝰ su-
perior extollat. Illi ne minus
que iubent impleāt. Isti ne plus iusto iu-
beant que non compleant. Illi vt humili
ter subiaceant. isti vt tempanter presint.
Nam ꝙ intelligi ⁊ figuraliter potest illis
dicit. filij obedite parentibus vestris ī do
mino istis precipitur. Et patres nolite ad
iracundiā prouocare filios vestros. Illi
discāt qūo ante occulti arbitri oculos sua
interiora componāt. Isti quomodo etiaꝫ
cōmissis sibi exempla bene viuendi exte-
rius prebeant. Scire etenī prelati debēt
quia si ꝑuersa vnqꝫ perpetrant. tot morti-
bus digni sunt. quot ad subditos suos ꝑ
ditionis exempla transmittunt. Unde ne
cesse est vt tanto se cautius a culpa custo-
diant. quanto per praua que faciunt. non
soli moriuntur. sed aliorū animarū rei sūt
quas prauis exemplis destruxerūt. Un-
de admonēdi sunt illi ne districtius puniā
tur sed si absoluti reperiri nequeunt saltē
de se. isti ne de subditorū erratibus iudicē
tur etiā si se iam de se securos inueniunt.
Illi vt tanto circa se sollicitius iuuant.
quanto eos aliena cura non implicat. isti
vero vt sic aliorū curas expleant quatenꝰ
⁊ suas agere non desistāt ⁊ sic in ꝓpria sol
licitudine ferueant. vt a cōmissoruꝫ custo
dia minime torpescant. Illi enim sibimet
vacanti dicitur. Uade ad formicā o piger
⁊ considera vias eius: ⁊ disce ab ea sapien
tiam. Iste autē terribiliter admonet cum
dicitur. Fili mi si spopōderis ꝓ amico tuo
defixisti apud extraneū manum tuam. il-
laqueatus es verbis oris tui. ⁊ captus ꝓ
ꝓprijs sermonibus. Spōdere nāqꝫ ꝓ ami-
co est. alienā animā in periculo sue cōuer
sationis accipe. Unū ⁊ apud extraneū ma-
nus defigitur qꝛ apud ēt sollicitudinis q
ante deerat mens ligat. Uerbis vero oris
sui illa queatꝰ est. ac ꝓprijs sermonibus
captꝰ. qꝛ dū cōmissis sibi cogitur bona di
cere. ipsum prius necesse ē que dixerit cu-
stodire. Illa queat igitur verbis oris sui.
dum ratiōe exigēte constringit. ne eiꝰ vi-
ta ad aliquid aliud ꝙ qd admonet relaxe-
tur. Unde apud districtū iudicē cogit tā-
ta in opere exoluere. quanta eum constat
alijs voce precepisse. vbi ⁊ bene mox ex-
hortatio subditur vt dicitur in ꝓuerbijs.
Fac ergo qd dico fili mi ⁊ temetipsum li-
bera. quia in manus proximi tui incidisti
Discurre festina suscita amicū tuum ne de
deris somnū oculis tuis nec dormitēt pal
pebre tue. Quisquis enī ad viuendū alijs
in exemplū preponit. nō solū vt ipse vigi-
let: sed etiā amicum suscitet admonetur.
Ei nāqꝫ vigilare bene viuendo non suffi-
cit. si non ⁊ illum cui preest a peccati cor-
pore disiungit. Bene autē dicit ne dede-
ris somnū oculis tuis nec dormitent pal-
pebre tue. Somnū quippe oculis dare est
intentione cessante subditorū curam om-
nino negligere. Palpebre vero dormitāt
cum cogitationes nostre ea que in subdi-
tis arguenda cognoscunt pigredine de-
primente dissimulant. Plene enim dor
mire est. commissoruꝫ acta nescire nec cor
rigere. non autem dormire sed dormita-
re est. que quidem reprehendenda sūt co-
gnoscere sed tamen propter mentis tedi-
um dignis ea increpationibus non emen
dare. Dormitādo vero oculus ad ple-
nissimum somnum ducitur quia dum ple
rumqꝫ qui preest malum quod cognoscit
non resecat. ab hoc quādoqꝫ negligentie
sue merito ꝑuenit. vt qd a subiectis delin
quitur non cognoscat. Admonendi sunt
itaqꝫ qui presunt vt per circūspectiōis stu
dium ꝑuigiles intus ⁊ in circuitu oculos
habeāt celi animalia fieri ꝯtendāt. Osten
sa qppe celi aīalia in circuitu ⁊ ītus oculis
plena habent ⁊ sic describunt. Dignū qp
pe ē vt cūcti q presūt intꝰ atqꝫ in circuitu
oculos habeāt qtenꝰ ⁊ īterno iudici in se
metipsis placere studeāt. ⁊ exēpla vite ex
terius prebentes. ea etiā que in alijs sunt
corrigenda deprehendant. Admonendi
sunt subditi. ne prepositorum suorum vi-
tam temere iudicent. si quid eos fortasse
agere reprehensibiliter videt. ne vnde re-

ete mala redarguũt: inde per elatiõis im-
pulsum in profundiora mergant. Admo-
nẽdi sunt ne cũ culpas prepositoꝝ cõside
rant: ꝯtra eos audaciores fiant: sed si qua
valde sunt eoꝝ praua opa sic apud semet
ipos dijudicẽt: vt tamẽ diuino timore cõ
stricti: ferre sub eis reuerẽtie nõ recusent
Qđ melius ostendimus: si Dauid factũ
ad mediũ deducam⁹. Saul quippe perse
cutor eius cũ ad purgandũ ventrẽ spelun
cã fuisset ingressus: illic cũ viris suis Da
uid inerat: qui iam tam longo tempe per
secutiõis eius mala tolerabat. Cũqꝫ eum
viri sui ad feriendũ Saul accenderẽt: fre
git eos responsiõibus: qꝛ manũ mittere in
xp̃m dñi non deberet. Qui tamẽ occulte
surrexit: ꝛ oram clamidis eius abscidit.
Quid enĩ per Saul nisi mali rectores q̃d
per Dauid: nisi boni subditi designãtur.
Saul igit̃ ventrẽ purgare est prauos pre-
positos conceptã in corde maliciã vsqꝫ ad
opera miseri odoris extẽdere: ꝛ cogitata
apud se noxia factis exterioribus exequẽ-
do monstrare. Quẽ tñ Dauid ferire me-
tuit: qꝛ pie subditoꝝ mentes ab oĩni se pe
ste obtrectatiõis abstinẽtes prepositoꝝ vi
tã nullo lingue gladio percutiũt: etiã cuz
de imperfectiõe reprehendunt. Qui etsi
quãdo ab ĩfirmitate sese abstinere vix pos
sunt: vt extrema quedã atqꝫ exteriora pre
positoꝝ mala: sed tamẽ humiliter loquã-
tur: quasi oram clamidis silenter incidũt:
quia videlicz dũ prelate diguitati saltẽ in
noxie ꝛ latẽter derogãt: quasi regis super
positi vestem secant. Sed tamẽ ad semet-
ipos redeũt se vehemẽtissime vel de tenu
issimo verbi laceratiõe reprehendũt. Un-
de bene illic ꝛ scriptũ est. Post hec per-
cussit Dauid cor suum: eo ꝙ abscidisset
orã clamidis Saul. Facta quippe prepo
sitoꝝ oris gladio feriẽda nõ sunt: etiã cuz
recte reprehẽdenda iudicant̃. Si quãdo
vero cõtra eos vel in minimis lingua labi
tur: necesse est vt per afflictionẽ penitẽtie
cor premat̃: quatenus ad seip̃m redeat: ꝛ
cũ preposite potestati deliquerit eius con
tra se iudiciũ: a quo sibi prelata est perhor
rescat. Nã cũ in p̃positis delinquim⁹ ei⁹
ordinatiõi q̃ eos nobis p̃tulis obuiamus
vnde Moyses quoqꝫ cũ contra se ꝛ Aarõ
cõqueri populũ cognouisset ait: Nos enĩ
quid sumus? Nec cõtra nos est murmur
vestrũ: sed contra dñm.

De diuerso modo admonen-di seruos atqꝫ dominos: Capitulum. VI.

Aliter admonẽdi sunt serui: at-
qꝫ aliter dñi. Serui scz vt in se
semper humilitatẽ conditiõis
aspiciant. Dñi vero vt nature
sue qua equaliter sunt cũ seruis conditi:
memoriã non amittãt. Serui admonẽdi
sunt: ne dños despiciãt: ne deũ offendant
si ordinatiõi illius superbiẽdo cõtradicũt
Dñi quoqꝫ admonẽdi sunt: quia ꝯtra do
minũ de munere suo superbiũt: si eos quos
per conditionẽ tenent subditos: equales
sibi per nature consortiũ non agnoscunt.
Isti admonẽdi sunt: vt sciãt se seruos es-
se dominoꝝ. Illi admonendi sunt: vt co-
gnoscãt se cõseruos esse seruoꝝ. Istis nã-
qꝫ dicit̃ serui obedite dñis carnalibus. Et
rursum: Quicũqꝫ sunt sub iugo seruitu-
tis dños suos omni honore dignus arbi-
trent̃. Illis autez dicit̃ ꝛ vos domini ea-
dem facite illis remittẽtes minas: sciẽtis
qđ ꝛ illoꝝ ꝛ vester dñs est in celis.

De diuerso modo admonen-di sapientes atqꝫ hebetes: Capitulum. VII.

Aliter admonẽdi sunt sapiẽtes
hui⁹ seculi: atqꝫ aliter hebetes
Sapiẽtes quippe admonendi
sunt: vt sciant amittere que sci
unt: hebetes quoqꝫ admonẽdi sunt: vt ap
petãt scire que nesciũt. In illis hoc primũ
destruendũ est qđ se sapientes arbitrant̃.
In istis iã edificandũ est: quicq̃d de sapia
superna cognoscit̃: qꝛ dũ minĩe superbiũt:
quasi ad suscipiendũ edificiũ corda para-
uerũt. Cũ illis laborandũ est vt sapiẽtius
stulti fiant: stultã aũt sapiaz deserũt: ꝛ sa-

pientē vel stulticiā discāt. Istis vero predicandū est: vt ab ea que putat stulticia: ad verā sapientiā vicinius transeāt. Illis namqꝫ dicitur: si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo stultus fiat vt sit sapiens. Istis vero dicit: Non multi sapiētes scdm carnē ꝛ rursum: que stulta sunt mūdi elegit deus: vt cōfundat sapiētes: illos plerūqꝫ ratiocinatiōis argumenta: istos nōnunqꝫ melius ꝗ exempla conuertūt. Illis nōnunqꝫ prodest vt in suis allegatiōibus victi iaceāt. Istis vero aliquādo sufficit: vt laudabilia alioꝝ facta ꝯgnoscāt. Unde magister egregius sapientibꝰ ꝛ insipiētibus debitor cū hebreoꝝ quosdam sapiētes: quosdā vero etiā tardiores admoneret. Illis de cōpletione testamenti veteris: loquēs eoꝝ sapientiā: argumēto superauit dicēs: Quod em̄ antiquatur ꝛ senescit: prope interitū est. Cum vero solis exemplis quosdā trahendos ad se cerneret in eadē epistola adiūxit. Sancti ludibria ꝛ verbera experti: insuper ꝛ vincula ꝛ carceres: lapidati sunt: secti sunt: temptati sunt: in occisiōe gladij mortui sunt: ꝛ rursus memētote prepositoꝝ vestroꝝ: qui vobis locuti sunt verbū dei: quoꝝ intuentes exitū conuersatiōis imitamini fidem: quatenꝰ ꝛ illos victrix ratio frangeret: et istos ad maiora cōscendere imitatio blanda suaderet.

De diuerso modo admonendi impudētes: atqꝫ verecūdos: Capitulum. VIII.

Aliter admonēdi sunt impudētes: atqꝫ aliter verecūdi. Illos nāqꝫ ab impudentie vicio non nisi increpatio dura compescit: istos autem plerūqꝫ ad melius exhortatio modesta cōponit. Illi se delinquere nesciunt: nisi etiā a pluribꝰ increpentur istis plerūqꝫ ad conuersionē sufficit ꝙ eis doctor mala sua saltē leniter ad memoriā reducit Illos autē melius corrigit: qui inuehēdo reprehendit: istis autē maior ꝓuectus ad ducitur: si hoc qꝺ in eis reprehenditur: quasi ex latere tangatur. Impudentē quippe iudeoꝝ plebē: dominꝰ aperte increpās ait: Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Et rursus verecundā tē refouet dicens: Confusiōis adolescētie tue obliuisceris: et obprobrij viduitatis tue nō recordaberis: qꝛ dn̄abitur tui qui fecit te. Impudēter quoqꝫ delinquētes galathas aperte Paulus increpat dicens: O insensati galathe: qs vos fascinauit? Et rursū. Sic stulti estis vt cū spū ceperitis: nūc in carne cōsumamini. Culpas vero verecundantiū quasi cōpatiens reprehendit dicēs: Gauisus sum in dn̄o vehemēter: quoniā tandem aliquādo refloruistis ꝓ me sentire: sicut ꝛ sentiebatis: occupati em̄ eratis: vt ꝛ illoꝝ culpas increpatio dura detegeret: ꝛ hoꝝ negligentiā sermo mollior velaret.

De diuerso modo admonendi ꝓteruos: atqꝫ pusillanimes: Capitulum. IX.

Aliter admonēdi sunt proterui atqꝫ aliter pusillāimes: illi em̄ dū valde de se presumūt: exprobrādo ceteros dedignantur. Isti aūt dum nimis sūt infirmitatis sue cōscij: plerūqꝫ in desperationē cadūt. Illi singulariter sūma estimāt cuncta que agūt Isti despecta vehemēter putāt esse que faciūt ꝛ iccirco in desperatiōe franguntur. Subtiliter itaqꝫ ab arguēte discutiēda sunt opera ꝓteruoꝝ. vt in quo sibi placēt ostendatur qꝛ deo displicēt. Tunc em̄ ꝓteruos melius corrigimus: cū ea que bene egisse se credūt: male acta mōstramꝰ: vt vnde adepta gloria creditur: inde vtilis cōfusio subsequatur. Nōnunqꝫ vero cū se viciū proteruitatie perpetrare cognoscūt: cōpendiosiꝰ ad correctionē venūt: si alteriꝰ culpe manifestioris ꝛ ex latere reqsite improperio ꝯfundantur: vt ex eo qꝺ defendere nequeūt cognoscāt se improbe tenere qꝺ defendūt vn̄ cū ꝓterue Paulus corinthios aduersū se inuicē videret inflatos: vt aliꝰ Apollo: alius Pauli: alius Cephe: alius xp̄i

esse se diceret incestus culpā in mediū de
duxit: que apud eos perpetrata fuerat: et
incorrecta remanebat dicēs: Audit inter
vos fornicatio: ꝛ tal' fornicatio: qualis nec
inter gētes ita vt vxorē patris quis habe
at: ꝛ vos inflati estis: ꝛ nō magis luctum
habuistis: vt tollerent de medio vestrū qui
hoc opus fecit. Ac si aperte dicat Quod
vos per proteruiā huius vel illi⁹ dicitis:
que per dissolutionē negligentie nullius
vos esse mōstratis. At ꝯtra pusillanimes
aptius ad iter bene agendi reducimus: si
quedā illorū bona ex latere requiramus:
vt dū in eis alia reprehēdendo corripim⁹
alia amplectēdo laudemus: quatenus eo
rū teneritudinē laus audita nutriat: ꝙ cul
pa increpata castigat. Plerūq; autē vtili
us apud illos ꝑficimus: si ꝛ eoꝝ bene ge
sta memoramus: ꝛ si qua ab eis inordina-
ta gesta sunt: nō iam tanꝙ perpetrata cor
ripim⁹: sed quasi adhuc ne perpetrari de
beāt prohibemus: vt ꝛ illa que approba-
mus: illatus fauor augeat: ꝛ cōtra ea que
reprehēdimus: magis apud pusillanimes
exhortatio verecūda conualescat. Unde
idē Paulus cū thessalonicenses in acce-
pta predicatiōe perdurātes: quasi de vici
no mūdi termino quadā cognosceret pu-
sillanimitate turbatos: pri⁹ in eis que for
tia ꝑspicit: laudat: ꝛ caute monēdo post-
modū que infirma sunt: roborat. Ait enī:
Gratias agere debemus deo semꝑ pro vo
bis fratres: ita vt dignū est: quoniā super
crescit fides vestra: ꝛ abūdat charitas vni
uscuiusq; vestrū inuicē: ita vt ꝛ nosipsi de
vobis gloriemur in ecclesijs dei: pro pati
entia vestra ꝛ fide. Qui cū blanda hec vi
te eoꝝ preconia ꝑmisisset: paulopost sub-
dit dicēs: Rogam⁹ autē vos fratres: per
aduentū domini nostri iesu xp̄i: ꝛ a nostre
congregatiōis in idipm vt nō cito mouea
mini a vestro sensu: neq; terreamini: neq;
per spiritū: neq; per sermonē: neq; ꝑ epi
stolā: tanꝙ per nos missaꝫ: quasi instet di
es domini. Egit enī verus doctor: vt pri
us audirent laudati ꝙ recognoscerent: et
postmodū ꝙ exhortati sequerent: quate-
nus eorum mentē ne admonitio subiūcta
cōcuteret: laus premissa solidaret: et qui
cōmotos eos vicini finis suspiciōe cogno
uerat: nō iaꝫ redarguebat motos: sed qua
si transacta nesciēs adhuc cōmoueri ꝓhi
bebat: vt dū de ipsa leuitate motiōis pre-
dicatori suo se incognitos crederēt: tanto
irreprehensibiliores fieri: quāto ꝛ cogno-
sci ab illo formidarent.

De diuerso modo admonen-di impatientes: atq; patiētes: Capitulum. X.

Aliter admonēdi sunt impatiē
tes: atq; aliter patientes. Dicē
dum namq; est impatiētibus:
quia dū refrenare spiritū negli
gūt: per multa etiā que non appetūt: ini-
quitatū abrupta rapiunt: quia videlicet
mentē impellit furor quo nō trahit deside
rium: ꝛ agit cōmota velut nesciens vnde
post doleat sciens. Dicendū quoq; impa
tientibus: quia dū motiōis impulsu preci
pites quedam velut alienati peragūt: vix
mala sua postꝙ fuerint perpetrata cogno
scūt: quia dū perturbatiōi sue minime ob-
sistūt: etiam si qua a se trāquilla mente fue
rant: bene gesta confundūt: ꝛ improuiso
impulsu destruūt: quicquid forsitā diu la
bore prouido cōstruxerūt. Ipsa nāq; que
mater est omniū: custosq; virtutū: per im-
patientie viciū virtus charitatis amittit.
Scriptū quippe est. Charitas patiēs est.
Igit cum minime est patiēs: charitas nō
est. Per hoc quoq; impatiētie vitiū ipsa
virtutū nutrix doctrina dissipat. Scriptū
namq; est Doctrina viri per patientiā no
scit. Tanto ergo quisq; minus ostēditur
doctus: quāto minus conuincit patiens.
Neq; enī potest veraciter bona docendo
impendere: si viuēdo nescit equanimiter
aliena mala tolerare. Per hoc qꝫ impati
entie viciū plerūq; mentē arroganti'e cul
pa trāsfingit quia dū despici in mūdo hoc
quisq; non patit: bona sibi si qua occulta
sunt ostentare conat: atq; sic per impatiē

tiam vsq ad arrogantiã ducit: dum quia
ferre despectionẽ non potest : detegendo
semetipm in ostẽtatiõe gloriat. Unde scri
ptũ est. Melior patiens est arrogãte: quia
videlicet elegit patiẽs quelibet mala per
peti: q̃ per ostentatiõis viciũ bona sua oc
culta cognosci. At cõtra elegit arrogans
bona de se: vel falsa iactari: ne mala possit
vel minima perpeti. Quia igit cum pati
entia relinquit: etiã bona reliqua que iaz
gesta sunt destruũtur: recte ab ihezechie-
le esse in altare dei fossa perhibet: vt in ea
videlicet supposita holocausta seruẽtur.
Si enim in altari fossa nõ esset: oĩe quod
in eo sacrificiũ reperiret: superueniẽs au-
ra dispergeret. Quid vero accipimꝰ per
altare dei nisi animã iusti: que quot bona
egerit: tot super se ante eius oculos sacri-
ficia imponit? Quid autẽ altaris fossa ni
si bonoꝝ patientia que dũ mentẽ aduersa
tolerãdo humiliat: quasi more fouee hãc
in imo positã demonstrat? Fossa igit in al
tari fiat: ne superpositũ sacrificiũ aura di-
spergat: id ast electoꝝ mens patientiã cu-
stodiat: ne cõmota vẽto impatiẽtie: ⁊ hoc
quod bene operata est: amittat. Bene au
tem hec eadẽ fossa vniꝰ cubiti esse memo-
rat: quia nimirũ si patientia non deserit:
vnitatis mensura seruat. Unde ⁊ Pau-
lus ait: Inuicẽ onera vestra portate: ⁊ sic
adimplebitis legem xp̃i. Lex quippe xp̃i
est charitas vnitatis quã soli perficiũt : q̃
nec cum grauant: excedunt. Audiãt im-
patiẽtes quod scriptũ est in prouerbijs.
Melior est patiẽs viro forti: ⁊ qui domi-
nat aĩo suo expugnatore vrbiũ. Minor
est enĩ victoria vrbiũ: quia extra sunt que
subigunt. Ualde aũt maius est quod per
patientiã vincitur: quia ip̃e a se animꝰ su-
perat: ⁊ semetip̃m sibimetip̃i subijcit: quã
do eum patiẽtia intra se frenari compellit
Audiãt patientes quod dilectis suis ve-
ritas dicit. In patiẽtia vestra possidebi-
tis animas vestras. Sic enim cõditi mi-
rabiliter sumus: vt ratio animã: ⁊ anima
possideat corpus. Jus vero anime a cor-
poris possessione repellit: si nõ prius ani-
ma a ratione possideatur. Custodem igit
conditionis nostre: patientiam dominus
esse mõstrauit: qui in ip̃a nos possidere et
nosmetip̃os docuit. Quanta ergo sit im-
patientie culpa cognoscimus : per quã et
hoc ipsum amittimus possidere quod su-
mus. Audiant impatiẽtes quod per Sa
lomonem rursum dicitur. Totum spiri-
tum suũ profert stultus: sapiens autẽ dif
fert ⁊ reseruat imposterum. Impatientia
quippe impellente agitur: vt totus foras
spiritus proferatur. Quem iccirco citius
perturbatio eijcit: quia nulla interius di-
sciplina sapientie circumcludit. Sapiens
autem differt ⁊ reseruat imposterum. Le
sus enim in presenti se vlcisci non deside-
rat: quia etiam tolerans parci optat: sed
tamen iuste vindicari: omnia extremo iu-
dicio non ignorat. Et contra admonen-
di sunt patientes: ne in eo quod exterius
portant: interius doleant: ne tante virtu
tis sacrificium quod integrum foras im-
molant: intus malicie peste corrumpant:
⁊ cum ab hominibus non agnoscitur: sed
tamen sub diuina examinatiõe peccatur:
tanto deterior culpa doloris fiat: quanto
sibi ante homines virtutis speciem ven-
dicat. Dicendum itaq est patiẽtibus: vt
studeant diligere quos sibi necesse est to-
lerare: ne si patientiam dilectio nõ sequa
tur in deteriorẽ culpam odij: virtus osten
sa vertatur. Unde Paulus cum diceret:
Charitas patiens est: illico adiunxit. Be
nigna est: videlicet ostendens: quia quos
ex patientia tolerat: amare etiam ex beni-
gnitate nõ cessat. Inde idem doctor egre
gius : cum patientiam discipulis suade-
ret dicens: Omnis amaritudo: ⁊ ira: ⁊ in
dignatio: ⁊ clamor: et blasphemia tollat
a vobis: quasi cunctis exterius iam beni-
gne compositis ad interiora conuertitur:
dum subiungit: Cum omni malitia: quia
nimirũ frustra indignatio: clamor ⁊ blas-
phemia ab exterioribus tollitur: si in inte
riori viciorum mater malicia dominatur.
Et incassum foras vicium ex ramis incidi
tur: si surreptura multipliciꝰ intꝰ in radi-

ce seruat. Unde ꝑ semetipsam veritas di
cit. Diligite inimicos vestros benefacite
his qui vos oderūt. Orate pro ꝑsequenti
bus ⁊ calūpniantibus vos. Uirtus itaqꝫ
est coram hominibus aduersarios tolerare.
sed virtus corā deo diligere: qꝛ hoc soluꝫ
deus sacrificiū accipit qḋ āte eius oculos
in altari boni operis flāma charitatis incē
dit. Hinc est qḋ rursus quibusdā patiēti
bus nec tamē diligētibus dicit. Quid āt
vides festucā in oculo fratris tui. ⁊ trabē
in oculo tuo nō vides. Perturbatio quip
pe impatientie festuca est. malicia vero in
corde trabs in oculo est. Illā nāqꝫ aura tē
ptationis exagitat. hanc autē ꝯsūmata ne
quitia pene īmobiliter portat. Recte ve-
ro illic subiungit. Hypocrita eijce primū
trabē ḋ oculo tuo ⁊ eijce festucā de oculo
fratris tui. Ac si dicat mēti inique interi⁹
dolēti. ⁊ sanctā se exterius per patiam de
monstrāti prius a te molē malicie excute
⁊ tūc alios de impatiētie leuitate reprehē
de: ne dū studes simulatione vincere. pri
us tibi sit praua aliena tolerare. Euenire
etiā plerūqꝫ patiētibus solet: vt in eo qui
dē tēpore quo vel aduersa patiunt vel cō
tumelias audiūt. nullo dolore pulsent. et
sic patiam exhibeāt. vt custodire etiā cor-
dis innocentiā nō omittant. Sed cū post
paululū hec ipsa que ꝑtulerūt ad memo-
riam reuocāt igne se doloris in flāmāt. ar-
gumēta vltionis inquirūt ⁊ mansuetudi-
nem ꝙ tolerātes habuerunt retractantes
in maliciā vertunt. Quib⁹ citius a predi
catione succurritur. si que sit huius ꝑmu-
tationis causa pandat. Callidus namqꝫ
aduersarius bellū contra duos mouet.
Unū videlicet inflāmans vt cōtumelias
prior inferat. alterū prouocās vt con tume
lias lesus reddat. Sed plerūqꝫ dum hui⁹
iam victor est. qui iniuriā persuasus irro-
gat: vt ab illo vincatur. qui illatā sibi eq-
nimiter portat. vnius ergo victor quē cō
mouendo subiugauit tota cōtra alterū vir
tute se erigit eumqꝫ obsistentēqꝫ fortiter ⁊
vincentem dolet ꝙ quia cōmouere in ipa
contumeliarū iaculatione non potuit. ab
aperto certamine interim quiescens. ⁊ se-
creta suggestione cogitatiōe lacessens ap
tum deceptionis tēpus inquirit. Quia
enim publico bello perdidit. ad exercen-
das occulte insidias exardescit. Quietis
nāqꝫ iam tēpore ad victoris animā redit:
⁊ vel rerū dampna vel iniuriarum iacula
ad memoriā reducit cunctaqꝫ que sibi illa
ta sunt vehemēter exaggerans. intolera-
bilia ostendit tantoqꝫ mentē merore con-
turbat vt plerūqꝫ vir patiens illa sesequa-
nimiter tolerasse post victoriā captiu⁹ eru
bescat seqꝫ nō reddidisse contumelias do-
leat. ⁊ deteriora repēdere si occasio prebe
atur querat. Quibus ergo isti sunt simi-
les. nisi his qui per fortitudinē in campo
victores sunt sed per negligentiā postmo
dum intra vrbis claustra capiuntur. Qui
bus sunt similes nisi his qs irruens gra-
uis languor a vita non subtrahit. sed leni
ter veniēs recidiua febris occidit. Admo
nendi sunt igit patiētes vt cor post victo-
riam muniāt. vt hostem publico bello su-
peratum. insidiari mētibus mentis inten
dant. vt languorē plus reserpentē repen-
te timeant. ne hostis callidus eo in decep
tione postmoduꝫ maiori exultatione gau-
deat. quo illa dudū contra se rigida colla
victorum calcar.

De diuerso modo admonen-
di beniuolos atqꝫ inuidos.
Capitulum. XI.

ALiter admonendi sunt beniuo
li atqꝫ aliter inuidi. Admonen
di namqꝫ sunt beniuoli vt sic
alienis bonis congaudeāt qua
tenus habere ⁊ propria cōcupiscāt sic pro
ximorum facta diligēdo laudent vt ea eti
am imitādo multiplicēt. ne si in hoc pre-
sentis vite stadio ad certamen alienū de-
uoti fautores sꝫ pigri spectatores assistūt.
eo post certamen sine brauio remaneant.
quo nunc in certamine nō laborant ⁊ tūc
eorum palmas afflicti respiciant in quo-

rum nūc laboribus ociosi perdurāt. Ualde quippe peccamus si aliena bene gesta non diligimus. Sed nihil mercedis agimus si ea que diligimus inquantū possumus nō imitamur. Dicendū itaqꝫ est beniuolis: quia si imitari bona minime festināt: que laudantes approbāt: sic eis virtutū sanctitas: sicut stultis spectatoribus ludicrarū artiū vanitas placet. Illi nāqꝫ aurigarū ac hystrionuꝫ gesta fauoribus efferunt: nec tamē tales esse desiderāt: quales illos conspiciūt esse quos laudāt. Mirant eos placita egisse: sed tamē similiter deuitāt placere. Dicendū est beniuolis: vt cū proximoꝝ facta conspiciūt ad suum cor redeāt: ꝛ de alienis actibus nō presumant: ne bona laudent: ꝛ agere recusant: Grauiter quippe extrema vltiōe feriendi sunt: quib⁹ placuit quod imitari noluerūt. Admonēdi sunt inuidi vt perpēdant quāte cecitatis sunt: qui alieno ꝓfectu deficiūt: aliena exultione cōtabescūt: quante infelicitatis sunt: qui melioratiōe proximi deteriores fiūt: dum augmēta aliene prosperitatis aspiciūt: apud semetipsos anxie afflicti cordis sui peste moriūt. Quid istis infelicius: quos dū conspecta felicitas afficit pena nequiores reddit. Alioꝝ vero bona que habere nō possunt: si diligerēt sua fecissent. Sic quippe sunt vniuersi cōsistentes in fide: sicut mēbra multa vno continent in corpore: que per officium quidē diuersa sunt: sed quo sibi vicissim congruūt vnū fiunt. vnde fit vt pes per oculum videat: et per des oculi gradiantur. Ori auditus aurium serauit: et ad vsum suū auribus oris lingua cōcurrat. Suffraget manib⁹ vēter: ventri operent manus. In ipa ergo corporis positione accipimus: quid in actiōe seruem⁹. Nimis itaqꝫ turpe est nō imitari qđ sumus. Nostra sunt nimiꝝ que ꝛ si imitari nō possumus: amamus in alijs: ꝛ amantiū fiunt queqꝫ amant in nobis. Hinc ergo pēsent inuidi charitas quāte virtutis est: que alieni laboris opera nostra sine labore facit. Dicendū itaqꝫ est inuidis: quia dū se a liuore minime custodiūt: in antiquā versuti hostis nequiciam demergunt. De illo namqꝫ scriptū est. Inuidia dyaboli mors intrauit in orbeꝫ terrarū. Quia enim ipe celum perdidit: cōdito hoc homini inuidit: ꝛ dampnatiōe sua perdit⁹: adhuc alios perdendo cumulauit. Admonēdi sunt inuidi: vt agnoscāt quantis lapsibus succrescentis ruine subiaceāt: quia dum liuorem a corde non proijciūt ad apertas operū nequitias deuoluūtur. Nisi enim Cayn inuidisset: fratris hostiā acceptā: minime peruenisset ad extinguendā vitam: vnde scriptū est. Respexit domin⁹ ad Abel ꝛ ad munera eius: ad Cayn vero ꝛ ad munera eius nō respexit. Iratusqꝫ est Cayn vehementer: et cōcidit vultus eius. Liuor itaqꝫ sacrificij fratricidij seminariū fuit. Nam queꝫ meliorē se esse doluit: ne vtcunqꝫ esset: amputauit. Dicendū est inuidis: quia dum se ista intrinsecus peste cōsumunt: etiam quicquid in se aliud boni habere videntur: interimūt. Unde scriptum est: Uita carniū sanitas cordis: putredo ossium inuidia. Quid enim per carnes nisi infirma quedā ac tenera: et quid per ossa nisi fortia acta signant. Et plerūqꝫ contingit: vt quidam cum cordis innocentia in nōnullis suis actibus infirmi videantur: quidam vero iam quedam ante humanos oculos robusta exerceant: sed tamen erga aliorum bona intus inuidie pestilentia tabescant. Bene ergo dicitur vita carniū sanitas cordis: quia si cordis innocētia custodit: etiā si qua foris infirma sunt: roborantur. Et recte illic subditur: Putredo ossium inuidia: quia per liuoris viciū ante dei oculos: pereūt etiam que humanis oculis fortia videntur. Ossa quippe per inuidiā putrescere est: quedam etiā robusta deperire.

De diuerso modo admonendi simplices: atqꝫ impuros:

Capitulum. XII.

Aliter admonēdi sūt simplices
atqꝫ aliter impuri. Laudandi
sūt simplices qꝺ nunq̄ studeāt
falsa dicere: sed admonēdi sunt
vt nouerint nōnunq̄ vera reticere. Sicut
eñ semꝑ dicentē falsitas lesit: ita nōnun-
q̄ quibusdā audita veritas nocuit. Vn-
de corā discipulis dn̄s locutionē silentio
tꝑans ait. Multa habeo vobiscū dicere:
sed nūc nō potestis illa portare. Admonē
di sūt igit simplices: vt sicut fallaciā sem-
per vtiliter vitāt: ita veritatē semꝑ vtili-
ter proferāt: admonēdi sunt vt simplicita
tis bono prudentiā adiungāt: quatenꝰ sic
securitatē de simplicitate possideāt: vt cir
cūspectionē prudentie nō amittant. Hinc
nāqꝫ per doctorē gentiū dicit: Volo vos
sapiētes esse ī bono: simplices aūt ī malo
Hic electos suos ꝑ semetipām veritas ad
monet dicēs: Estote prudētes sicut serpē
tes: ⁊ simplices sicut colūbe. Quia vide-
licet in electoꝝ cordibus debet: ⁊ simplici
tatē colūbe astutia serpentis acuere: ⁊ ser
pentis astutiā columbe simplicitas tꝑare
quatenus nec seducti per prudentiā calle
ant: nec ab intellectus studio ex simplici-
tate torpescāt. At contra admonēdi sunt
impuri: vt quā grauis sit quē cū culpa su
stinēt duplicitatis laborē agnoscāt. Duz
eñ deprehendi metuūt: semꝑ improbas
defensiones querūt: semꝑ pauidis suspi-
cionibꝰ agitant. Nihil aūt est ad defendē
dū puritate tutius: ad dicendū veritate ni
hil faciliꝰ. Naz dū fallaciā suā tueri cogi-
tāt: duro cor labore fatigat. Hic nāqꝫ scri
ptū est. Labor labioꝝ suoꝝ operiet eos: q̄
eñ nunc implet: tūc operiet: qꝛ cuius nūc
animū per blandā inquietudinē exigerit:
tūc per asperā retributionē premit. Hinc
per Hieremiā dicit: Docuerūt linguā su-
am loqui mendaciū: vt iniqui agerēt: la-
borauerūt. Ac si aperte diceret. Qui ami
ci esse veritatis sine labore poterāt: vt pec
cēt laborāt. Cunqꝫ viuere simpliciter ren
nuūt: laboribus exigūt: vt moriant. Nam
plerūqꝫ in culpa deprehēsi: dū quales sint
cognosci refugiūt: sese sub fallacie velami
ne abscondūt: ⁊ hoc qꝺ peccāt: quodqꝫ iā
aperte cernit excusare moliunt: ita vt se-
pe is qui eoꝝ culpas corripere studet: as-
pere falsitatis nebulis seductꝰ pene amisis
se sepe videat: qꝺ de eis iaz certū tenebat
Unde recte sub iudee specie ꝓphetā con-
tra peccantē animā excusantēqꝫ se dicit.
Ibi habuit foueā eritius. Eritij quippe
nomie impure mētis seseqꝫ callide defen-
dētis duplicitas designat. Quia videlicz
eritius anteq̄ apprehendit: eius ⁊ caput
cernit: ⁊ pedes vident: ⁊ corpus omne cō
spicit: sed mox vt apprehensus fuerit: se-
metipm̄ in sperā colligit: pedes introrsus
subtrahit: caput abscōdit: ⁊ intra tenētis
manus totum simul amittit: qui totus si-
mul ante videbat. Sic nimirū: sic impure
mētes sunt: cū in suis excessibus cōprehē
dunt. Caput enim eritij cernit: quia quo
inicio ad culpā peccator accesserit: videt.
Pedes eritij conspiciunt: quia quibꝰ ve-
stigijs nequitia sit: perpetrata cognoscit:
⁊ tamē adductis repente occasiōibus im-
pura mens retrorsus pedes colligit: quia
cūcta iniquitatis sue vestigia abscondit.
Caput subtrahit: quia miris defensioni-
bus nisi inchoasse se malū aliquid osten-
dit. Et quasi spera in manu tenētis rema-
net: quia is qui corripit: cūcta que iam co
gnouerat subito amittens: inuolutū intra
conscientiā peccatorē tenet. Et qui totuz
iam deprehendēdo viderat: tergiuersatio
ne praue defensionis illusus totū pariter
ignorat. Foueā ergo eritius habet in re-
probis: quia maliciose mētis duplicitas
sese intra se colligēs abscōdit in tenebris
defensionis. Audiāt impuniri quod scri-
ptū est: qui ambulat simpliciter: ambulat
cōfidenter. Fiducia quippe magne securi
tatis est simplicitas actiōis. Audiant qꝺ
sapientis ore dicit: spiritussanctus disci-
pline effugiet fictū. Audiāt quod scriptu-
ra rursum perhibet: cū simplicibus sermō
cinatio eius. Deo eñ sermocinari est per
illustrationē sue presentie humane mēti-
bus archana reuelare. Cū simplicibꝰ igi-
tur sermocinari dicit: quia de supnis my

sterijs illoꝝ mentes radio sue visitatiōis
illumiat: quos nulla vmbra duplicitatis
obscurat. Est autē speciale dupliciū malū
quia dū peruersa ⁊ duplici actiōe ceteros
fallūt: quasi prestantius ceteris prudētes
se esse gloriant. Et quia districtionē retri
butiōis non consid rāt: damnis suis mi-
seri exultāt. Audiant aūt quā super illos
ppheta Sophonias vim diuine animad
uersionis intentat dicēs: Ecce dies domi
ni venit magnus ⁊ horibilis: dies ire: di
es illa: dies tenebraꝝ ⁊ caliginis: dies ne
bule ⁊ turbinis: dies tube ⁊ clangoris su
per omēs ciuitates munitas: ⁊ super om-
nes angulos excelsos. Quid em̄ per ciui
tates munitas exprimit: nisi suspecte mē-
tes ⁊ fallaci semper defensione circūdate:
que quotiens earū culpa corripit: verita-
tis ad se iacula nō admittunt: ⁊ quid per
excelsos angulos: nisi duplicitas impure
mentis intelligit. Duplex quippe semꝑ
est in angulis paries. Quid per angulos
parietis nisi impura corda signant. Que
dū veritatis simplicitatē fugiūt ad semet-
ipa quoddāmodo duplicitatis peruersita
te replicant: ⁊ quod est deterius apud co-
gitatiōes suas in fastū prudentie ex ipa se
culpa impuritatis extollūt. Dies aūt do-
mini vindicte atqꝫ animaduersiōis plena
super ciuitates munitas: ⁊ super excelsos
āgulos venit: quia ira extremi iudicij hu
mana corda: ⁊ defensiōibus cōtra verita-
tē clausa destruit: ⁊ duplicitatibus inuo-
luta dissoluit. Tunc em̄ munite ciuitates
cadūt: quia mētes deo impenetrate dam
nabuntur. Tunc excelsi anguli corruūt:
quia corda que se per impuritatis prudē-
tiam erigunt: per iusticie sententiam pro-
sternuntur.

De diuerso modo admonendi incolumes: atqꝫ egros: Capitulum. XIII.

Aliter admonēdi sunt incolu-
mes: atqꝫ aliter egri. Admonē
di namqꝫ sunt incolumes vt sa-
lutem corporis exerceāt ad salutem men-
tis: ne si accepte incolumitatis gratiā ad
vsum nequicie inclinant denuo deterio-
res fiant: ⁊ eo postmodū supplicia grauio
ra mereant: quo nunc largioribus bonis
dei: male vti non metuunt. Admonendi
sunt incolumes: ne oportunitatem salu-
tis imperpetuū promerende despiciant.
Scriptum nāqꝫ est. Ecce nūc tempus ac-
ceptabile: ecce nunc dies salutis admonē
di sunt: ne placere deo si cū possunt nolue
rint cum voluerint: sero nō possint. Hinc
est em̄ qꝺ post sapientia deserit: qͣs prius
rennuētes vocauit dicens: Uocaui ⁊ ren
nuistis: extendi manū meam ⁊ nō fuit qui
aspiceret. Despexistis omē consilium me-
um: ⁊ increpatōes meas neglexistis. Ego
quoqꝫ in interitu vestro ridebo: ⁊ subsan-
nabo cum vobis quod timebatis aduene
rit. Et rursum. Tunc inuocabūt me: ⁊ nō
exaudiam: mane consurgent ⁊ non inue-
nient me. Salus itaqꝫ corporis: quando
ad bene operandum accepta despicitur:
quanti sit muneris amissa sentitur. Et in
fructuose, ad vltionū queritur que cōgruo
concessa tempore vtiliter non habetur:
vnde bene per Salomonen rursum dici-
tur: Ne des alienis honorem tuum: ⁊ an-
nos tuos crudeli: ne forte impleantur ex-
tranei viribus tuis: et labores tui sint in
domo aliena: ⁊ gemas in nouissimis: quā
do consumpseris carnem: et corpus tuū:
qui namqꝫ alieni a nobis sunt: nisi mali-
gni spiritus qui a celestis sunt patrie sor-
te separati. Quis vero honor noster est:
nisi quod etiam in luteis corporibus con
diti ad conditoris tamen nostri sumꝰ ima
ginem et similitudinem creati. Uel quis
alius crudelis est: nisi ille apostota ange-
lus: qui ⁊ semetipsum penam mortis su-
perbiēdo pertulit: ⁊ inferre mortē huma
no generi etiam perditus non pepercit.
Honorē itaqꝫ suuz alienis dat: qui ad dei
imaginē ac similitudinē cōditus: vite sue
tempa malignoꝝ spirituū voluptatibus
administrat. Annos etiam suos crudeli
tradit: qui ad voluntatē male dominan-

tis aduersarij. accepta viuēdi spacia expē
dit vbi bene subditur. Ne forte impleant
extranei viribus tuis ⁊ labores tui sint in
domo aliena. Quisquis enī per acceptaꝫ
valitudinē corporis per tributā sibi sapiē
tiam mentis nō exercendis virtutibꝰ sed
perpetrandis vitijs elaborat: nequaquaꝫ
suis viribus suā domū: sed extraneorum
habitacula id est īmundorū spirituum fa-
cta multiplicat. nimiruꝫ vel luxuriando.
vel supbiendo agens vt etiam se addito ꝑ
ditoruꝫ numerus crescat. Bene autē sub
ditur ⁊ gēmas in nouissimis quādo ꝯsum
pseris carnē ⁊ corpus tuū. Plerūqꝫ enim
accepta salus carnis per vitia expendit.
Sed cum repēte subtrahit cum molestijs
caro atteritur. cū iam egredi anima vrge-
tur diu male habita quasi ad bene viuen-
dum salus amissa requirit. Et tūc gemūt
homines qꝺ deo seruire noluerūt. quādo
dāpna sue negligētie recupare seruiendo
nequaꝙ̄ possunt. vnde alias dicit. Cum
occideret eos inquirebāt eum. At contra
admonēdi sunt egri. vt eo se dei filios sen
tiant. quo illos discipline flagella castigāt
Nisi enim correctis hereditatē dare dispo
neret. erudite eos per molestias non cura
ret. Hinc namqꝫ ad Johannē dominꝰ per
angelū dicit. Ego quos amo arguo ⁊ ca-
stigo. Hinc rursum scriptū est. Fili mi no
li disciplinā domini negligere: neqꝫ fati-
geris cum ab eo argueris. Quē enī domi
nus diligit castigat. flagellat autē omneꝫ
filiū quē recipit. Hinc psalmista ait. Mul
te tribulationes iustorū ⁊c. Hinc beatus
quoqꝫ Job in dolore exclamās ait. Si iu-
stus fuero non leuabo caput saturatus af
flictione ⁊ miseria. Dicendū est egris vt si
celestē patriam suā esse credūt necessario
in hac labores. velut in aliena patientur.
Hinc est enī quod lapides extra tonsi sūt:
vt in cōstructione tēpli domini absqꝫ mal
lei sonitu ponerent. Quia videlicet nunc
foris per flagella tundimur: vt intus ī tē-
plum dei postmodū sine discipline percus
sione disponamur quatenꝰ quicquid ī no
bis est superfluū. modo percussio resecet.

⁊ tunc sola nos in edificio cōcordia chari-
tatis liget. Admonēdi sunt egri vt consi-
derent pro percipiēdis terrenis heredita
tibus. quomodo dura carnales filios di-
scipline flagella castigent. Que ergo no-
bis diuine correptionis pena grauis est.
per quā ⁊ nunquā amittēda hereditas ꝑ-
cipitur. ⁊ sempꝑ mansura supplicia vitant
Hinc etenī Paulus ait. Patres quideꝫ
carnis nostre habuimꝰ eruditores ⁊ reue
rebamur eos ne multomagis obtemꝑabi
mus patri spirituū ⁊ viuemus. Et illi qui
dem in tēpore paucorū dierū scd̄m volun-
tatem suā erudiebāt nos. hic autem ad id
qꝺ vtile est. in recipiēdo sanctificationem
eius. Admonēdi sunt egri vt considerent
quāta salus cordis molestia sit corꝑalis:
que ad cognitionē sui mentem reuocat: ⁊
quē plerūqꝫ salus obijcit. infirmitatis me
moria reformat vt animꝰ qui extra se ī ela
tione ducitur. cui sit ꝯditioni subditus ex
percussa ꝙ̄ sustinet carne memoret. Qꝺ
recte per balaā si tamē vocē dei subsequi
obediendo voluisset in ipsa eius itineris
retardatione signat. Balaā namqꝫ perue
nire ad propositū tendit: sed eius votum
animal cui presidet prepedit. Prohibiti
onis quippe īmemor ibat quo nō licebat.
At asina angelū videt quē humana mēs
non videt quasi plerūqꝫ caro per molesti-
as tarda. flagello suo menti deum indicat
quē mens ipsa carni presidens non vide-
bat. ita vt anxietatē spiritꝰ ꝓficere in hoc
mūdo cupientis velut iter tendētis impe
diat donec ei inuisibilē qui sibi obuiat. in
notescat. vnde ⁊ bene per Petrū dicitur.
Correptionē habuit sue vesanie subiuga
le mutū. qꝺ in hominis voce loquens ꝓ-
hibuit ꝓphete insipientiā. Insanus quip
pe homo a subiugali muto corripit. quan
do elata mens humilitatis bonū qꝺ tene-
re debeat. ab afflicta carne memorat. Sꝫ
huius correptionis donū iccirco Balaaꝫ
nō obtinuit: quia ad maledicendū pergēs
vocē non mentē mutauit. Admonēdi sūt
egri vt considerēt. quāti sit muneris mo-
lestia corꝑalis que admissa peccata diluit

⁊ ea que poterant admitti cōpescit. que ēt
sumpta ab exterioribus plagis. concusse
menti penitētie vulnera infligit. Unde scri
ptum est. Liuor vulneris abstergit mala
⁊ plaga in secretioribus ventris. Mala
enī liuor vulneris abstergit quia flagello
rum dolor. vel cogitatas vel perpetratas
nequitias diluit. Solet vero ventris ap-
pellatione mens accipi quia sicut venter
cōsumit escas. ita mens perpetrādo exco-
quit curas. quia enī venter mens dicitur
ea sententia docetur qua scriptū est. Lu-
cerna domini spiraculū hominis qui inue
stigat oīa secreta vētris. Ac si diceret. di-
uini afflatus illuminatio cū in mēte homi
nis venerit. eā sibi metipsi illumināś ostē
dit. que ante spiritus sancti aduentū cogi
tationes prauas ⁊ portare poterat ⁊ pēsa
re nesciebat. Liuor ergo vulneris abster-
git mala ⁊ plagari secretiorib⁹ ventris q2
cū exterius ꝑcutimur ad peccatorū nostro
rum memoriā taciti afflictiq3 reuocamur
atq3 ante oculos nostros cuncta que a no
bis sunt male gesta reducimus. ⁊ per hoc
ꝙ foris patimur. magis intus qđ fecim⁹
dolemus. Unde fit vt inter aperta vulne-
ra corporis. amplius nos abluat plaga se
creta ventris: q2 sanat nequitias praui ope
ris. occultū vulnus doloris. Admonendi
sunt egri quatenus paciētie virtutem ser
uent vt incessanter quāta redēptor noster
ab his quos creauerat ꝑtulit mala consi-
derent. qđ tot obiecta conuiciorū ꝓbra su-
stinuit ꝙ de manu antiqui hostis captiuo
rum quotidie animas rapiēs. insultantiū
alapas accepit. ꝙ aqua nos salutis dilu-
ens. a perfidorū sputis faciē non abscon-
dit. ꝙ aduocatione sua nos ab eternis sup
plitijs liberans. tacitus flagella tolerauit
ꝙ inter angelorū choros perhēnes nobis
honores tribuens. colaphos pertulit ꝙ a
peccatorū nos punctionibus saluans. spi
nis caput supponere nō recusauit. ꝙ eter
na nos dulcedine inebrians in siti sua fel
lis amaritudinē accepit ꝙ pro nobis pa-
trem quāuis ei diuinitate esset equalis a-
dorauit. sub irrisione adoratus tacuit. ꝙ
vitam mortuis preparans. vsq3 ad mortem
ipse vita peruenit. Cur itaq3 asperū credi
tur vt adeo homo toleret flagella pro ma
lis si tāta deus ꝑtulit ab hominib⁹ mala
ꝓ bonis. Aut quis sana intelligētia de ꝑ
cussione sua ingratus existit. si ipse hinc si
ne flagello non exijt qui hic sine peccato
vixit.

De diuerso modo admonēdi eos qui flagella metuunt et propterea innocenter viuunt atq3 eos qui sic in iniquitate duruerunt vt nec per flagella corrigātur. Capitulum. XIIII.

Aliter admonēdi sūt qui flagel
la metuunt ⁊ ꝓpterea innocen
ter viuunt. atq3 aliter admonē
di sunt qui sic in iniquitate du-
ruerunt. vt neq3 ꝑ flagella corrigant. Di
cendū nāq3 est flagella timētibus vt ⁊ bo
na tēporalia nequaꝙ̄ ꝓ magno desiderēt
que adesse etiā prauis vidēt ⁊ mala presē
tia nequaꝙ̄ velut intolerabilia fugiant. q̄
bus hic plerūq3 bonos affici nō ignorant
Admonēdi sunt qui flagella metuūt vt si
malis veraciter carere desiderant eterna
supplicia ꝑhorrescāt. neq3 in hoc suppli-
ciorū timore permaneāt: s3 ad amoris gra
tiā nutrimēto charitatis excrescāt. Scrip
tū quippe ē. ꝑfecta charitas foras mittit
timorē. Et rursum scriptū est. Nō accepi-
stis spiritū seruitutis iterū in timore. s3 spi
ritū adoptionis filiorū in quo clamamus
abba pater. vn̄ idē doctor iterū dicit. vbi
spūs dn̄i ibi libertas. Si ergo adhuc a
praua actione formidata pena ꝓhibet: ꝑ
fecto formidantis animū nulla spiritus li
bertas tenet. Nam si penam non metue-
ret culpam ꝓculdubio perpetraret. Ig
norat itaq3 mens gratiā libertatis quam
ligat seruitus timoris. Bona enim pro se
metipsis amanda sunt. ⁊ nō penis cōpel-
lentibus exequēda. Nam qui propterea
bona facit quia tormentorū mala metuit.

vult non esse qđ metuat. vt audenter illi=
cita cōmittat. vnde Luce clarius constat
qđ corā deo innocētia amittit ante cuius
oculos desiderio peccat. At contra hi q̄s
ab iniquitatibus nec flagella cōpescunt:
tanto acriori inuectione feriēdi sunt. quā=
to maiori insensibilitate duruerūt. Ple=
rūq̄ȝ enim sine dedignatione dedignandi
sunt: sine desperatione despandi. ita dum
taxat vt ostēsa desperatio formidinē incu
tiat. ⁊ subiuncta admonitio ad spem redu
cat. Districte itaq̄ȝ cōtra ilios diuine sen=
tentie proferende sunt: vt ad cognitionez
sui considerata eterna animaduersione re
uocent. Audiant enī in se impletum esse
qđ scriptū est. Si cōtuderis stultū in pila
quasi tipsanas feriente desuper pilo non
auferetur ab eo stulticia eius. Cōtra hos
propheta dño queritur: dicens. Attriuisti
eos ⁊ renuerūt accipere disciplinā. Hinc
est q̄ dñs dicit. Interfeci ⁊ perdidi popu
lum istū ⁊ tamē a vijs suis nō sunt reuersi
Hinc rursum ait. Populus nō est reuer=
sus ad pcucientē se. Hinc voce flagellan=
tium pphetа Hieremias conqueritur di=
cens. Curauim⁹ Babylonē ⁊ non ē sana
ta. Babylon quippe curat nec tamen ad
sanitatē reducit. quādo mens in praua ac
tione cōfusa verba correptionis audit fla
gella correctionis percipit: ⁊ tamē ad rec
ta salutis itinera redire contēpnit. Hinc
captiuo israelitico populo nec tñ ab iniq̄=
tate cōuerso dñs exprobrat: dicēs. Versa
est mihi domus israel in scoreā. Omnes
isti facti sunt mihi es. ⁊ stannū ⁊ ferrum ⁊
plumbū in medio fornacis. Ac si apte di=
cat. Purgare eos per ignē tribulationis
volui. argentū illos vel aurū fieri quesiui
Sed in fornace mihi in es. stānum ferruz
⁊ plumbū versi sunt. quia non ad virtutē
sed ad vitia etiam in tribulatione proru=
perunt. Es quippe dū percutitur ampli⁹
metallis ceteris sonitum reddit. Qui igi
tur in percussione positus erumpit ad so=
nitum murmurationis. in es versus est in
medio fornacis. Stānum vero cum ex ar
te componitur argēti speciem mentitur.
Qui ergo simulationis vitio non caret in
tribulatione stānum factus est in fornace.
Ferro autē vertitur qui vite proximi insi=
diatur. Ferrū itaq̄ȝ in fornace est. qui no=
cendi maliciā nō amittit in tribulatione.
plumbū quoq̄ȝ ceteris metallis est graui⁹
In fornace ergo plumbū inuenitur qui sic
peccati sui pondere premitur: vt etiam in
tribulatione positus a terrenis desiderijs
non leuet. Hinc rursum scriptū est. Mul=
to labore sudatū est: ⁊ non exiuit de ea ni=
mia rubigo ei⁹ neq̄ȝ per ignē. Ignē quip=
pe nobis tribulationis admonet. vt in no
bis rubiginem vitiorū purget. Sed nec p
ignē rubiginē amittim⁹ quādo ⁊ īter fla=
gella vitio non caremus. Hinc propheta
iterū dicit. Frustra conflauit ɔflator. mali
tie eorū non sunt consumpte. Sciendum
vero est: quia nōnunq̄ cum inter flagello
rum duriciam remanent in correcti. dulci
sunt admonitio emulcēdi. Quos enī cru
ciamenta nō corrigūt nonnunq̄ ab iniq̄s
actionibus lenia blandimēta ɔpescunt.
Quia ⁊ plerūq̄ȝ egros quos fortis pigmē
taria potio curare nō potuit ad salutē pri=
stinam tepēs aqua reuocauit. Et nōnulla
vulnera que curari incisione nequeūt. fo=
mentis olei sanant. Et dur⁹ ad amas inci
sionē ferri minime recipit: sed leni hircoꝝ
sanguine molescit.

De diuerso modo admonendi nimis tacitos atq̄ȝ multiloquio vacantes.

Capitulum. XV.

Aliter admonēdi sunt nimis ta
citi atq̄ȝ aliter multiloquio va=
cātes. Insinuari nāq̄ȝ nimis ta
citis debet. qꝛ dū quedaz vitia
incaute fugiūt occulte deterioribus impli
cant. Nā sepe linguā qꝛ īmoderatius fre=
nant in corde graui⁹ multiloquiū tolerāt
vt eo plus cogitationes in mēte ferueant
quo illas violēta custodia in discreti silen
tij angustat. Que plerūq̄ȝ tanto lati⁹ de=

fluunt. quāto se esse securiores estimāt. qꝛ
foris a reprehēsoribus nō vident. Unde
nōnunꝙ mens in superbiā extollitur: vt
quos loquentes audit quasi infirmos de-
spicit. Cūqꝫ os corporis claudit. quantuꝫ
se vitijs superbiendo aperiat nō agnoscit
Linguā etenim premit. mentem eleuat.
⁊ cum suam nequiciā minime considerat
tanto apud se cunctos liberius quanto et
secretius accusat. Admonendi sunt igi-
tur nimis taciti vt scire sollicite studeant
non solum quales foras ostendere: sed eti
am quales se debeant intus exhibere. vt
plus ex cogitationibus occultū iudicium.
ꝙ ex sermonibus reprehensionem metu-
ant proximorum. Scriptū nāqꝫ est. Fili
mi attende sapientiam meam. ⁊ pruden-
tie mee inclina aurem tuam vt custodias
cogitationes. Nihil quippe in nobis est
corde fugatius qꝺ a nobis totiēs recedit
quotiens per prauas cogitationes defluit
Hinc etenim Psalmista ait. Cor meū de-
reliquit me. Hinc ad semetipsum rediēs
dicit. Inuenit seruus tuus cor suū vt ora-
ret te. Cum ergo cogitatio per custodiaꝫ
restringitur. cor quod fugere consueuit ī-
uenitur. Plerumqꝫ autē nimis taciti cuꝫ
nōnulla iniusta patiuntur eo in acriorem
dolorē prodeunt. quo ea que sustinent nō
loquuntur. Nam si illatas molestias tran
quilla lingua sermone diceret mens a cō-
scientia dolorem alienaret. Uulnera eniꝫ
clausa plus cruciant. Nam cum putredo
que interius feruet eijcitur. ad salutē do-
lor aperitur. Scire igitur debent qui plꝰ
ꝙ expedit tacent. ne inter molesta que to-
lerant dum linguā tenent. vim doloris ex
aggerent. Admonendi sunt enī vt si pro-
ximos sicut se diligunt. minime illis tace
ant. vnde eos iuste reprehendāt. Uocis
enim medicamine vtriusqꝫ saluti concur-
ritur: dum ⁊ ab illo qui infert actio praua
atqꝫ peruersa compescitur. ⁊ ab hoc q̄ su-
stinet doloris feruor vulnere aperto tem-
peratur. Qui enim proximorū mala con-
spiciunt. ⁊ tamen silentio linguā premūt
quasi conspectis vulneribus vsum medi-
caminis subtrahūt ⁊ eo mortis auctores
fiunt. quo virus qꝺ potuerant curare no-
luerunt. Lingua itaqꝫ discrete refrenan-
da non insolubiliter obliganda. Scriptū
nāqꝫ est. sapiens tacebit vsqꝫ ad tempus.
vt nimirum cum oportunum considerat.
postposita censura silentij loquendo que
congruunt in vsum se vtilitatis impēdat
Et rursum scriptum est. Tempus loquē-
di ⁊ tempus tacendi. Discrete quippe vi-
cissitudinum pensanda sunt tempora. ne
aut cum restringi lingua debet per verba
inutiliter defluat. aut cū loqui vtiliter po-
test semetipsam pigre restringat. Quod
bene psalmista considerans ait. Pone
domine custodiā ori meo. ⁊ ostium circū-
stantie labijs meis. Non enim poni ori
suo parietem: sed ostiū petijt qꝺ videlicet
aperitur ⁊ clauditur. Unde ⁊ nobis cau-
te discendum est. quatenꝰ os discretuꝫ et
congruo tempore vox aperiat. ⁊ rursū cō-
gruo taciturnitas claudat. At contra ad-
monendi sunt multiloquio vacantes: vt
vigilanter aspiciant a quanto rectitudinis
statu depereunt. dū per multiplicia ver-
ba dilabuntur. Humana etenim mens a-
que more ⁊ circūclausa ad superiora colli-
gitur. quia illic repetit. vnde descēdit et
relaxata deperit quia se per infima inutili
ter spargit. Quot enī superuacuis verbis
a silentij sui censura dissipatur. quasi tot
riuis extra se deriuatur. Unde ⁊ redire in
terius ad sui cognitionem non sufficit. qꝛ
per multiloquium sparsa a secreto se inti
me considerationis excludit. Totam ve-
ro se insidiantis hostis vulneribus dete-
git: quia nulla munitione custodie circū-
cludit. vnde scriptum est. Sicut vrbs pa-
tens ⁊ absqꝫ murorum ambitu. ita vir qui
non potest in loquēdo cohibere spiritum
suum. Quia enim murum silentij non
habet. patet inimici iaculis ciuitas men-
tis. Et cum se per verba extra semetipsaꝫ
eijcit apertam se aduersario ostendit.
Quā tanto ille sine labore superat quan-
to ⁊ ipsa que vincitꝰ ꝯ semetipām ꝑ multi-
loquiū pugnat. Plerūqꝫ autem quia per

quosdā gradus desidiosa mēs ī lapsuz ca
sus impellit. Duz otiosa cauere verba ne
gligimus: ad noxia quādoqꝫ peruenimꝰ:
vt prius loqui aliena libeat: postmodū de
tractiōibus coꝝ vitā de quibus loquitur
mordeat: ad extremū vero vsqꝫ ad apertas
lingua cōtumelias erūpat. Hic seminant
stimuli: oriunt rixe: accendunt faces odio
rum: pax extinguit cordiū: vnde bene per
Salomonē dicit: Qui dimittit aquā: ca
put est iurgioꝝ. Aquā quippe dimittere
est: linguā influxū eolquij relaxare. Quo
contra etiam in bonā iterū partem dicit.
Aqua ꝓfunda verba ex ore viri. Qui er
go aquā dimittit: caput est iurgioꝝ: quia
qui linguā non refrenat: concordiā dissi
pat. Unde ediuerso scriptū est. Qui im
ponit stulto silētiū: iras mitigat. Qui au
tē multiloquio quisqꝫ seruiens linguā re
frenari nequiuerit accidit: vt rectitudinē
iusticie tenere nequaqꝫ possit: testat pro
pheta: qui ait: Uir linguosus nō diriget
super terrā. Hinc iterū Salomon dicit:
In multiloquio peccatū nō deerit. Hinc
Esaias ait: Cultus iusticie silentiū videli
cet. Indicās: quia mentis iusticia desola
tur: quādo ab immoderata locutiōe non
parcit. Hinc Jacobus dicit: Si quis pu
tat se religiosuz esse: nō refrenans linguā
suā: sed seducēs cor suū huius vana est re
ligio. Hic rursus ait: Sit oīs homo ve
lox ad audiendū: tardus autē ad loquen
dū: ⁊ tardus ad irā. Hinc iterū lingue vi
diffiniens adiūgit. Inquietū malū: plena
veneno mortifero. Hinc per semetipam
nos veritas admonet dicēs: Omne ver
bū ociosum qđ locuti fuerint homines: ra
tionē reddēt de eo in die iudicij. Ociosū
quippe verbū est: qđ aut ratōe iuste neces
sitatis: aut intentiōe pie vtilitatis caret.
Si ergo ratio de ocioso sermone exigit:
pensemus que pena multiloquio maneat
in quo etiā per noxia verba peccat.

De diuerso modo admonendi pigros: atqꝫ precipites: Capitulum. XVI.

Aliter admonēdi sunt pigri: at
qꝫ aliter precipites. Illi nanqꝫ
suadēdi sunt: ne agenda bona
dum differūt amittant. Isti ve
ro admonēdi sunt: ne dum bonorū opus
incaute festinando preueniūt: eorum me
rita immutēt. Pigris namqꝫ intimandū
est: quod sepe dū oportune agere que pos
sumus nolumus: paulopost cū volumus
non valemus. Ipsa quippe mentis desi
dia dum congruo feruore non accendit: a
bonoruz desiderio funditus cōualescente
furtim torpore mactat: vnde aperte per
Salomonē dicit. Pigredo immittit so
porē: piger enim recte sentiēdo quasi vigi
lat: quāuis nil operando torpescat. Sed
pigredo soporē immittere dicit: quia pau
lisper etiā recte sentiendi vigilantia amit
tit: dum a bene operādi studio cessat Ubi
recte subiūgit: ⁊ anima dissoluta esuriet.
Nam mens: quia se ad superiora stringen
do nō dirigit neglectā se inferis per desi
deria expandit. Et dum studioꝝ sublimi
um vigore nō constringit cupiditatis infi
me fame sauciat: vt quo se per disciplinā
ligare dissimulat: eo se esuriens per volu
ptatū desideria spergat. Hinc ab eodem
rursus Salomone scribit. In desiderijs
est oīs ociosus. Hinc ipa veritate predi
cāte: vno quidē exeunte spiritu mūda do
mus dicit: sed multiplicius redeūte dum
vacat occupat. Plerunqꝫ piger dū neces
saria agere neglexerit quedā sibi difficilia
opponit: quedam vero incauta formidat.
Et dū quasi inuenit: quod velut iuste me
tuat: ostendit quod ocio quasi nō iniuste
torpescat. Cui recte per Salomonē dicit
Propter frigus piger arare noluit: men
dicabit ergo estate: ⁊ non dabit ei. Pro
pter frigus quippe piger nō arat: dum de
sidie torpore cōstrictus: agere que debet
bona ꝯsiderat: dissimulat. Propter frigꝰ
piger non arat: dum parua ex aduerso ma
la metuit: ⁊ operari maxima pretermittit.
Bene autez dicit mendicabit estate: ⁊ nō
dabitur ei. Qui eñi nunc in bonis operi
bus nō exudat cum sol iudicij ferentior

apparuerit: quia frustra regni additũ po=
stulat:nil accipiẽs estate mendicat. Be=
ne hinc rursum per eundẽ Salomonẽ di=
cit: Qui obseruat ventũ non seminat: et
qui cõsiderat nubes nunꝙ metet. Quid
enim per ventũ: nisi malignoruz spirituũ
temptatio exprimit? Et quid per nubes:
que mouent a vento: nisi aduersitas pra=
uorum hominũ designat? A ventis vide=
licet impellunt nubes: quia immũdorum
spirituũ afflatu praui excitant homines:
qui ergo obseruat ventũ non seminat: et
qui cõsiderat nubes nunquã metet: quia
quisquis temptationẽ malignoꝝ spirituũ
quisquis persecutionẽ prauoꝝ hominuz
metuit:neqꝫ nũc grana boni operis semi=
nat:neqꝫ tũc manipulos sancte retributio
nis secat. At contra admonẽdi sunt preci
pites dum bonorũ actuũ tempus preue=
niũt:meritũ peruertunt. Et sepe in malis
corruũt:dũ bona minime discernũt: quia
nequaꝙ quid:quomodo:vel quãdo agãt
inspiciũt:sed plerumqꝫ acta:quia ita non
debuerint agere cognoscãt. Quibus sub
auditoris specie recte apud Salomonem
dicit: Fili sine consilio nihil facias: ⁊ post
factum nõ penitebis. Et rursus. Palpe=
bre tue precedãt gressus tuos. Palpebre
quippe gressus precedũt: cũ operationẽ
nostrã cõsilia recta perueniũt. Qui enim
negligit cõsiderando preuidere que facit:
gressus tẽdit: oculos claudit. Pergẽdo
iter cõficit: sed preuidendo sibimetipĩ nõ
antecedit. Atqꝫ iccirco citius corruit: qꝛ
quo pedẽ operis ponere debeat: per pal=
pebrã consilij non attendit.

De diuerso modo admonendi mansuetos: atqꝫ iracũdos: Capitulum. XVII.

Aliter admonendi sunt mãsue
ti: atqꝫ aliter iracundi. Nonnũ
quã namqꝫ mansueti cum pre=
sunt: vicinũ ⁊ quasi iuxta posi=
tum torporem desidie patiuntur: ⁊ plerũ=
qꝫ nimia resolutione leuitatis vltra ꝙ ne=
cesse est: vigorem districtiõis emolliunt.
At contra iracundi: dum regiminũ loca
percipiunt: quo impellente ira in mentis
vesaniam deuoluuntur: eo etiam subdito
rum vitam dissipata quietis tranquillita=
te confundunt. Quos cum furor agitat:
in preceps ignorãt quicquid irati faciũt:
ignorant quicquid a semetipĩs irati pati=
untur. Nonnunquã ꝙ est grauius ire sue
stimulum iusticie zelum putant. Et cum
vicium virtus creditur: sine metu culpa
cumulatur. Sepe ergo mansueti dissolu=
tionis torpescunt tedio: sepe iracundi re=
ctitudinis falluntur zelo. Illorũ itaqꝫ vir
tuti vicium latenter adiungitur. His au=
tem suum vicium quasi virtus feruens vi
detur. Admonendi sunt igitur illi: vt fu=
giant quod iuxta ipos est. Isti: quod in
ipis. Attẽdant illi quod habent. Discer=
nant isti quod non habent. Amplectan=
tur mansueti: sollicitudinem torporem
damnent: iracundi perturbationem cla=
ment. Admonendi sunt mansueti: vt ha=
bere etiam emulationẽ iusticie studeant.
Admonendi sunt iracundi: vt emulatio=
ni quam se habere estimant: mansuetudi=
nem subiungant. Iccirco namqꝫ spiritus
sanctus in colũba nobis est: ⁊ in igne mõ
stratus: quia videlicet om̃es quos implet
⁊ columbe simplicitate mãsuetos: ⁊ igne
zeli ardentes exhibet. Nequaꝙ ergo spi=
ritusancto plenus est: qui aut in tranquil
litate mansuetudinis: feruorem emulatio
nis deserit: aut rursum in emulationis ar
dore virtutem mansuetudinis amittit.
Quod fortasse melius ostendimus: si in
medio Pauli magisterium proferamus:
qui duobus discipulis ⁊ non diuersa cha
ritate preditis: diuersa tamen adiutoria
predicationis impendit. Tymotheum
namqꝫ admonens ait: Argue: obsecra: in
crepa: in omni patientia ⁊ doctrina. Ty=
tum quoqꝫ admonet dicens: Hec loque=
re: ⁊ exhortare: ⁊ argue cum omni impe=
rio. Quid est ꝙ doctrinam suam tanta ar
te dispenset: vt exhibenda hac alteri im=
perium: atqꝫ alteri patientiam proponat:
nisi ꝙ mansuetioris spiritus Tytum et

Paulo feruētioris vidit esse Tymotheū
illum per emulatiōis studium inflammat
hunc per leuitatē patientie temperat. Il
li quod deest: iungit. Huic quod superest
subtrahit. Illum stimulo impellere nitit:
hunc freno moderatur. Magnis quippe
suscepte ecclesie colon⁹. Alios palmites
vt crescere debeant: rigat. Alios cū plus
iusto crescere cōspicit: resecat: ne aut non
crescendo fructus non ferant: aut immo-
derate crescendo quos protulerint: amit-
tant. Sed longe alia est ira: que sub emu-
latiōis specie subripit: alia que perturba-
tum cor ꝛ sine iusticie pretextu cōfundit.
Illa em̄ in hoc ꝙ debet inordinate exten
ditur: hec autē semper in his que non de
bet inordinate inflammat. Sciendum ve
ro est: quia hoc ab impatiētibus iracundi
differunt: quod illi ab alijs illata nō tole
rant: isti aūt etiā que tolerenter imponūt.
Nam iracundi sepe etiā se declinātes in-
sequūtur: rixe occasionem cōmouent: la-
bore contentiōis gaudent. Quos tamen
melius corrigimus: si in ip̄a ire sue cōmo-
tione declinamus. Perturbati quippe
quid audiāt: ignorant: sed ad se reducti
tanto libentius exhortatiōis verba reci-
piunt: quāto se tranquilli⁹ toleratos eru-
bescūt. Menti enim furore ebrie: omne re
ctum quod dicit peruersum videtur. Un-
de ꝛ Nabal ebrio culpam suam a Byga
hil laudabiliter tacuit ꝙ digesto vino lau
dabiliter dixit: Iccirco em̄ malum quod
fecerat cognoscere potuit: quia hoc ebri-
us nō audiuit. Cum vero iracundi ita ali
os impetūt: vt declinari om̄ino non pos-
sunt: nō aperta exprobratiōe: sed sub qua
dam sunt cautela reuerētie parcendo feri
endi. Quod melius ostendim⁹ si Abner
factum ad mediū deducamus. Hūc quip-
pe cū Asael vi incaute precipitatiōis im-
petere scriptū est. Locutus est Abner ad
Asael dicens: Recede: noli me sequi: ne
cōpellar cōfodere te in terrā. Qui audi-
re cōtēpsit: ꝛ noluit declinare. Percussit
ergo eum Abner auersa hasta in inguine
ꝛ transfodit eū ꝛ mortuus est. Cui⁹ Asael
Typum tenuit: nisi eorū quos vehemen
ter arripiēs furor in preceps ducit. Qui
in eodem furoris impetu tanto caute de-
clinandi sunt: quāto ꝛ insanie rapiuntur.
Unde ꝛ Abner qui sermōe nostro patris
lucerna dicit: fugit: quia doctorū lingua
que supernū lumen dei indicat: cum per
abrupta furoris mentē cuiuspiā ferri con-
spicit: cūqꝫ cōtra irascentē dissimulat ver-
borum iacula reddere: quasi per sequen
tem nō vult ferire. Sed cum iracūdi nul
la consideratiōe se mitigant: ꝛ quasi Asa
el persequi ꝛ insanire nō cessant: necess
est: vt hi qui furentes reprimere conātur
nequaꝙ se in furorem erigant: sed quic
quid est tranquillitatis ostendant. Que-
daꝫ vero subtiliter proferāt: in quibus ex
obliquo furentis animū pugnēt. Unde et
Abner cum contra persequentē subsistit
non eū recta: sed auersa hasta trāffozauit.
Ex mucrōe quippe percutere est: impetu
apte increpatiōis obuiare. Aduersa vero
hasta persequentē ferire est: furentē tran
quille ex quibusdā tangere: ꝛ quasi parcē
do superare. Asahel autē protinus occū-
bit: quia cōmote mentes dum ꝛ parti sibi
sentiūt: ꝛ tamen responsionū ratione in in
timis sub trāquillitate tangunt ab eo ꝙ
se erexerant: statim cadūt. Qui ergo a fu
roris sui impetu: sub lenitatis percussiōe
resiliūt: quasi sine ferro moriunt.

De diuerso modo admonen-
di humiles: atqꝫ elatos:
Capitulum. XVIII.

Aliter admonēdi sunt humiles
atqꝫ aliter elati. Illis insinuan
dum est: ꝙ sit vera excellentia
quā sperando tenent. Istis ve-
ro intimandū ꝙ sit nulla temporalis glo-
ria: ꝙ et amplectētes non tenent. Audi-
ant humiles ꝙ sint eterna que appetunt:
ꝙ transitoria que contempnūt. Audiant
elati: ꝙ sint transitoria que ambiunt: ꝙ
eterna que perdūt. Audiant humiles ex
magistra voce veritatis: omnis qui se hu
miliat exaltabit. Audiāt elati: ꝛ qui se ex

altat: humiliabit. Audiant humiles glo
riam precedit humilitas. Audiant elati
ante ruinam exaltabit spiritus. Audiant
humiles super quem quiescet spiritꝰ me-
us nisi super humilē ⁊ quietū: ⁊ trementē
sermones meos. Audiant elati: quid su-
perbis terra ⁊ cinis. Audiant humiles:
deus humilia respicit. Audiant elati ⁊ al
ta a longe cognoscit. Audiant humiles:
quia filius hominis ministrari nō venit:
sed ministrare. Audiant elati: quia initi-
um omnis peccati superbia. Audiant hu
miles: quia redemptor noster humiliauit
semetipsum: factus obediēs vsqꝫ ad mor
tem. Audiant elati quod de eorum capi-
te scriptum est. Ipse est rex super vniuer-
sos filios superbie. Occasio igitur perdi-
tionis nostre facta est superbia dyaboli: ⁊
argumentum redemptionis nostre inuen
ta est humilitas dei. Hostis enim noster
inter omnia conditus: videri super oīa
voluit elatus. Redemptor autem noster
magnus manens super omnia fieri: inter
omnia dignatus est paruus. Dicatur er-
go humilibus: quia dum se deijciunt ad
dei similitudinem ascendūt. Dicatur ela-
tis: quia dum se erigunt in apostate ange
li imitationem cadunt. Quid itaqꝫ elatio
ne deiectius: que dum supra se tēditur ab
altitudine vere celsitudinis elongat. Et
quid humilitate sublimiꝰ: que dum se in
ima deprimit: auctori suo manenti super
summa coniungit. Est tamen aliud quod
in eis debeat caute pensari: quia sepe qui
dam humilitatis decipiuntur specie: qui
dam vero elationis sue ignorantia fallun
tur: nam plerumqꝫ nonnullis qui sibi hu-
miles videntur: is qui hominibus defer-
ri non debet cōiunctus est timor. Plerū-
qꝫ vero elatos comitari solet: libere vocis
assertio. Et cum quedam increpāda sunt
vicia: illi reticent ex timore: ⁊ tamen tace
re se estimant ex humilitate. Isti loquū-
tur per impatientiam elationis: ⁊ tamen
loqui se credunt per libertatem rectitudi
nis. Illos vt peruersa non increpent: sub
specie humilitatis premit culpa formidi-
nis: istos ad increpanda que non debent
aut magis increpanda ꝙ debent sub ima
gine libertatis effrenatio impellit tumo-
ris. Unde ⁊ elati admonendi sunt: ne plꝰ
ꝙ expedit sint subiecti: ne autem illi de-
fensionem vertant iusticie in exercitatio-
nem superbie: aut isti cum student plusꝙ
necesse est hominibus subijci: compellan
tur etiam eorum vicia venerari. Conside
randum vero est: quod plerūqꝫ elatos vti
lius corripimus: si eorum correptiōibus
quedam laudum fomēta misceamus. In
ferenda nāqꝫ illis sunt: aut alia bona que
in ipis sunt: aut dicendum certe que po-
terant esse si non sunt: ⁊ tunc demum rese
canda sunt mala que nobis displicent: cū
prius ad audiendum placabilem eorum
mentem fecerint promissa bona que pla-
cent. Nam et eguos indomitos blanda
prius manu tangimus: vt eos nobis ple-
nius postmodum etiam per flagella sub-
iugemus: ⁊ amaro pigmentorum poculo
mellis dulcedo adiungitur: ne ea que sa-
luti profutura est in ipo gustu aspera ama
ritudo sentiatur. Dum ergo gustus per
dulcedinem fallitur: humor mortifer per
amaritudinē vacuatur. Ipsa ergo in ela-
tis inuectionis exordia permixta sunt lau
de temperanda: vt dum admittunt fauo-
res quos diligunt: etiam correptiones re
cipiant quas oderunt. Plerumqꝫ autem
persuadere elatis vtilia melius possumꝰ:
si profectum eorum nobis magis ꝙ illis
profuturum dicamus: si eorum meliora-
tionem nobis magis ꝙ sibi impendi po-
stulemus. Facile enim ad bonum elatio
flectit: si eius inflexio prodesse ⁊ alijs cre-
datur. Unde moyses qui regente se domi
no deserti iter duce aerea colunna perge-
bat cum Obab cognatum suum a genti-
litatis conuersatiōe vellet educere: ⁊ om
nipotentis dei domino subiugare: ait:
Proficiscimur ad locum: quem daturus
est nobis dominus: veni nobiscum: ⁊ be-
ne faciamus tibi: quia dominꝰ bona pro-
misit israeli. Cui cum respondisset ille.
Non vadam tecum: sed reuertar in tera

ram meam: in qua natus sum: illico adiunxit. Noli nos derelinquere. tu enim nosti in quibus locis per desertū castra ponere debeamus. ⁊ eris ductor noster. Neqꝫ enim moysi mentē ignorantia itineris angustabat. ꝙ ⁊ prophetice sentētie cognitio diuinitatis expandarat ꝙ colūna exterius preibat. ꝙ de cunctis interius per conuersationē cum deo sedulā locutio familiaris instruebat. Sed videlicet vir ꝓuidus elato auditori colloquens. solaciū petijt vt daret. ducē requirebat inuia. vt dux ei fieri potuisset ad vitam. Egit itaqꝫ vt sup̱bus auditor voci ad meliora suadēti. eo magis fieret deuotus quo putaretur necessarius. Et vnde se exhortatorē suuz precedere crederet. inde se sub verbis exhortantis inclinaret.

De diuerso modo admonendi pertinaces atqꝫ inconstātes. Capitulum. XIX.

Aliter admonēdi sunt pertinaces. aliter vero inconstantes. Illis dicendū est ꝙ plus de se ꝙ debent sentiūt ⁊ iccirco alienis cōsilijs nō acquiescūt. Istis vero intimandum est ꝙ valde se despiciētes negligunt ⁊ ideo lenitate cogitationū a suo iudicio per tēporū momēta flectunt. Illis dicendū est qꝛ nisi meliores se ceteris estimarēt. nequaꝙ cunctorū consilia sue deliberationi postponerēt. Istis dicendū ē qꝛ si hoc qꝺ sunt vtcūqꝫ attenderēt. nequaꝙ eos ꝑ tot varietatis littora mutabilitatis aura versaret. Illis ꝑ Paulū dicit. Noli te prudētes esse apud vosmetipsos. At cōtra isti audiāt. nō circūferamur omni vento doctrine. de illis ꝑ Salomonē dicitur. Comedent fructus vinee sue suisqꝫ consilijs saturabunt. De istis autem ab eo rursus scribit. Cor stultorum dissimile erit. Cor quippe sapientiū sibimetipsi semper est simile. quia dū rectis ꝑsuasionibꝰ acq̄escit ꝯstāter se in bono oꝑe dirigit. Cor vero stultorū dissimile ē. qꝛ dū mutabilitati se auriū exhibet. nunꝙ idē qꝺ fuerat manet. ⁊ qꝛ quedā vitia sicut ex semetipsis gignūt alia ita ex alijs oriunt. Sciendū sumopere ē qꝛ tūc ea corripiēdo meliꝰ tergimꝰ cū ab ipso amaritudinis sue fonte siccamꝰ. Pertinacia quippe ex sup̱bia. incōstātia autē ex leuitate generat. Admonēdi sunt igit ꝑtinaces vt elationē sue cogitatiōis agnoscāt ⁊ semetipsos vincere studeāt. ne dū rectis aliorū suasionibus foris supari despiciūt. intus a sup̱bia captiui teneant. Admonēdi sunt vt sollerter aspiciant. qꝛ filius hoīs cui vna semꝑ cuz patre volūtas ē. vt exemplū nobis frangēde nostre volūtatis prebeat dicit. Nō quero voluntatē meā sed voluntatē eius qui misit me patris. Qui vt huius adhuc virtutis gratiā cōmendaret. seruaturū se hoc ī extremo iudicio premisit dicēs. Nō possum ego a meipso facere quicꝙ sed sicut audio iudico. Quia itaqꝫ conscientia dedignat homo aliene volūtati adquiescere: quando dei atqꝫ hominis filiꝰ cuz virtutis sue gloriā venit ostēdere: testat se nō a semetipso iudicare. At cōtra admonēdi sunt inconstantes vt mentē grauitate roborent. Tūc eniz alij germina in se mutabilitatis arefaciūt. cum a corde prius radicē leuitatis abscidunt. Quia ⁊ tūc fabrica robusta construitur: cū prius locus solidus in quo poni fundamentū debeat prouidet. Nisi ergo ante mentis leuitas caueat cogitationum incōstantia minime vincitur. A q̄bus alienū paulus se fuisse ꝓhibuit cum dicit. Nunquid leuitate vsus sum? Aut que cogito scꝺꝫ carnē cogito vt sit apꝺ me est ⁊ nō. Ac si aperte dicat. Iccirco mutabilitatis aura nō molior quia leuitatis vitio non succumbo.

De diuerso modo admonendi gule deditos atqꝫ abstinētes

Capitulum. XX.

Aliter admonēdi sunt gule de-
diti. atq; aliter abstinētes. Il-
los enī superfluitas locutionis
leuitas operis atq; luxuria.
Istos vero sepe impaciētie. sepe vero sup
bie culpa comitatur. Nisi enī gule dedi-
tos īmoderata loquacitas raperet. diues
ille qui epulatus quotidie splēdide dicit.
in lingua grauiꝰ nō arderet: dicēs. Pat
Abraam miserere mei ⁊ mitte Lazarum
vt intingat extremuz digiti sui in aqua vt
refrigeret linguaz meam. quia crucior in
hac flāma. Quibus profecto verbis ostē-
ditur. quia epulādo quotidie crebrius in
lingua peccauerat: qui totus ardens refri
gerari se precipue in lingua requirebat.
Rursum quia gule deditos leuitas proti
nus operis sequitur. auctoritas sacra te-
statur dicens. Sedit populus mādu care.
⁊ bibere. ⁊ surrexit ludere q̊s plerūq; eda
citas vsq; ad luxuriā pertrahit. quia dum
sacietate vēter extēditur aculei libidinis
excitantur. Unde ⁊ hosti callido qui pri-
mi hominis sensus in ꝯcupiscentia pomi
aperuit: sed in peccati laqueo strinxit. di-
uina voce dicitur. Pectore ⁊ ventre re-
pes. Ac si ei aperte diceretur. Cogitatio-
ne ⁊ in gluuie super humana corda domi
naris. Quia gule deditos luxuria sequit
propheta testatur qui dū aperta narrat oc
culta denunciat: dicens. Princeps coco
rum destruxit muros Hierusalē. Prin-
ceps nāq; cocorū venter est cui magna cu
ra obsequiū a cocis impenditur vt ipse de
lectabiliter cibis impleat. Muri autē Hie
rusalē virtutes sunt aīe ad desideriū sup-
ne pacis eleuate. Cocorū igitur princeps
muros Hierusalē deijcit. qꝛ dum vēter in
gluuie tendit: virtutes aīe per luxuriā de
struunt. Quo cōtra nisi mētes abstinen-
tiū plerūq; impaciētia a sinu trāquillitatis
excuteret: nequaq̄ Petrꝰ cū diceret. mi-
nistrate aūt in fide vestra virtutē. in virtu
te autē scientiā. in sciētia autē abstinētiā.
protinus vigilāter adiūgeret: dicens. In
abstinētia autem patiam. De esse quippe
abstinētibus patiam preuidit. que eis vt
adesset admonuit. Rursum nisi cogitatio
nes abstinētiū nōnunq̄ supbie culpa trās
figeret: Paulus minime dixisset. Qui
non manducat manducantē non iudicet.
Qui rursus ad alios loquens dū de absti
nentie virtute gloriantiū precepta pstrin-
geret. adiunxit. Que sunt rationē quidē
habētia sapiētie insupstitionē ⁊ humilita
tem. ⁊ ad nō parcendū corpori nō in hono
re corpis nō in honore aliquo ad saturita
tem carnis. Qua in re notandū est. q̄ in di
sputatione sua predicator egregiꝰ. supsti
tioni humilitatis speciē iungit. qꝛ dū plꝰ
q̄ necesse est per abstinentiā caro atterit.
humilitas foris ostēditur: sed hac ipsa hu
militate grauiter interius supbitur. Et ni
si aliquādo mens ex abstinētie virtute tu-
mesceret. nequaq̄ hanc velut inter mag-
na merita phariseꝰ arrogans studiose enu
meraret dicens. Jeiuno bis in sabbato.
Admonēdi sunt ergo gule dediti ne in eo
q̄ escarū delectationi incūbant luxurie se
mucrone transfigant. Quanta sibi p esuz
loquacitas. quāta mentis leuitas ingredi
atur aspiciant. ne dum vētri molliter in-
seruiūt viciorum laqueis crudeliter astrin
gantur. Tanto enī longius a secūdo parē
te receditur. quāto per īmoderatum vsuz
dum manus ad cibum tenditur. parentis
primi lapsus iteratur. At contra admonē
di sunt abstinētes vt sollicite semp aspici
ant. ne cum gule vitiū fugiunt acriora his
vitia quasi ex virtute generent ne duz car
nem macerant ad impatientiā spiritꝰ erū
pat. ⁊ nulla iam virtus sit. qd̄ cato vincit
si spiritus ab ira supatur. Aliquādo autē
dum mens abstinentiū ab ira se deprimit
hanc quasi peregrina veniens leticia cor
rumpit ⁊ eo abstinentie bonum deperit.
quo sese a spiritalibus vitijs minime cu-
stodit. vnde ⁊ recte per prophetam dicit.
In diebus ieiuniorū vestrorum inueniun
tur voluptates vestre. Et paulopost. Ec-
ce ad lites ⁊ contentiones ieiunatis ⁊ per
cutitis pugnis impie. Uoluptas quippe
ad leticiam pertinet pugnus ad iram. in-
cassum ergo per abstinentiam corpus at-

teritur. si inordinatis dimissa motibꝰ mẽs
vitijs dissipatur. Rursumq̃ admonendi
sunt vt abstinentiã suã ⁊ sempꝛ sine imuta
tione custodiãt. ⁊ nunq̃ hãc apud occul-
tum iudicem eximie virtutis credãt ne si
fortasse magni esse meriti credit. cor i ela-
tione subleuetur. Hinc nãq̃ ꝑ prophetã
dicitur. Nunquid tale est ieiuniũ qđ ele-
gi? Sed frange esurienti panẽ tuũ. ⁊ ege
nos vagosq̃ induc in domũ tuam. Qua
in re pensandũ est. virtꝰ abstinẽtie q̃ par
ua respicitur. que non nisi ex alijs virtuti
bus cõmendatur. Hinc Johel ait. San-
ctificate ieiuniũ. Jeiuniũ quippe sanctifi-
care est adiunctis bonis alijs dignã deo
abstinentiã carnis ostẽdere. Admonẽdi
sunt abstinẽtes vt nouerint quia tũc pla-
centẽ deo abstinentiã offerũt. cum ea que
sibi de alimẽtis subtrahũt. indigẽtibꝰ lar
giuntur. Sollerter nãq̃ audiendũ est. q̃
per prophetã dominꝰ redarguit: dicens.
Cũ ieiunaretis ⁊ plangeretis in quinto ⁊
in septimo mẽse. ꝑ hos. lxx. annos. nun-
quid ieiuniũ ieiunastis mihi. Et cũ come
deretis ⁊ cũ biberetis. nunquid nõ vobis
comeditis ⁊ vobismetipsis bibitis. Non
enĩ deo sed sibi quisq̃ ieiunat. si ea q̃ ven-
ter ad tempus subtrahit. nõ in opibus tri
buit sed venter postmodũ efferenda custo
dit. Jtaq̃ ne aut illos appetitꝰ gule a mẽ
tis statu deijciat. aut istos afflicta caro ex
elatione supplãtet audiãt illi ex ore veri-
tatis. Attẽdite autẽ vobis ne forte grauẽ
tur corda vestra in crapula ⁊ ebrietate: et
curis huiꝰ mũdi. vbi vtilis quoq̃ pauor
adiungit ⁊ superueniat in vos repentina
dies illa tanq̃ laqueꝰ enĩ supueniet ĩ om
nes qui sedẽt super faciẽ omnis terre. Au
diãt isti nõ q̃ intrat in os coinquinat ho-
minẽ. sed qđ procedit ex ore hoc coinqui-
nat hominẽ. Audiãt illi esca vẽter. ⁊ ven
ter escis. deus autẽ in hũc ⁊ has destruet
Et rursum. Non in cõmessationibꝰ ⁊ ebri
tatibus. Et rursum. Esca nos nõ commẽ-
dat deo. Audiãt isti quia omĩa mũda mũ
dis. coinquinatis autẽ ⁊ infidelibꝰ nihil
est mundũ. Audiãt illi quorum deus vẽ-
ter est. ⁊ gloria in confusione ipsorũ audi-
ant isti. discedent quidam a fide ⁊ verita-
te. ⁊ paulopost prohibentiũ nubere preci-
pientiũ. abstinere a cibis quos deus crea
uit ad percipiendũ cum gratiarũactione fi
delibus ⁊ his qui cognouerũt veritatem
Audiant illi bonum est nõ mãducare car
nem. neq̃ bibere vinũ. neq̃ in quo frater
tuus scandalizatur. Audiant isti. modico
vino vtere propter stomachũ ⁊ frequẽtes
tuas infirmitates. quatenus ⁊ illi discant
cibos carnis inordinate nõ appetere. ⁊ isti
creaturã dei quã non appetunt condemp
nare non audeant.

De diuerso modo admonendi illos qui sua misericorditer tribuũt: atq̃ illos qui aliena rapere contendunt.

Capitulum. XXI.

Aliter admonendi sunt qui iã
sua misericorditer tribuunt. at-
q̃ aliter qui ⁊ aliena rapere cõ-
tendunt. Admonẽdi nanq̃ sũt
qui iam sua misericorditer tribuũt ne cogi
tatione tumida se super eos quibus terre-
na largiunt extollant. ne iccirco meliores
se estiment quia cõtineri per se ceteros vi
dent. Nam terrene domus dñs famulo-
rũ ordines ministeriaq̃ dispertiẽs. hos
vt regant. illos vero statuit vt ab alijs re-
gantur. Jstos iubet vt necessaria ceteris
prebeant. illos vt accepta ab alijs sumãt
Et tamen plerũq̃ offendunt qui regunt.
⁊ in patris familias gratia permanẽt qui
reguntur. Jrã merentur qui dispensato-
res sunt. ⁊ sine offensione perdurãt qui ex
aliena dispensatione subsistunt. Admonẽ
di sunt igit qui iam q̃ possident misericor
diter tribuũt vt a celesti dño dispensatores
esse se positos subsidioꝝ temporaliũ agno
scant ⁊ tanto humiliter prebeant quanto
aliena esse intelligũt que dispẽsant. Cum

q in illorum ministerio quib9 accepta largiuntur cõstitutos se esse considerant. nequaquã eorũ mentes tumor subleuet s; timor premat. Unde & necesse est vt sollicite perpendãt. ne cõmissa indigne distribuant ne quedam quibus nulla. ne nulla q̃bus quedam. ne multa quibus pauca. ne pauca prebeant quibus impendere multa debeant. ne precipitatione hoc qđ tribuunt inutiliter spargãt ne tarde petẽtes noxie cru ent. ne recipiẽde hic gratie intentio surrepat. ne dationis lumẽ laudis transitorie appetitio extinguat ne oblatũ munus coniuncta tristicia obsidiat. ne in oblato munere animus plusq̃ decet hylarescat. ne sibi quicq̃ cum totũ recte impleuerint tribuant & simul oĩa postq̃ peregerint perdant. Ne enim sibi virtutem sue liberalitatis deputẽt. Audiant quod scriptum est. Si quis administrat tanq̃ ex virtute q̃ administrat deus. Ne in benefactis ĩmoderatius gaudeant. audiant qđ scriptũ est. Cum feceritis oĩa que precepta sunt vobis. dicite. serui inutiles sumus. que debuimus facere fecimus. Ne largitatẽ tristicia corrũpat. Audiant qđ scriptũ est Hylarẽ datorẽ diligit deus. ne in expenso munere transitoriã laudẽ querant. Audiant quod scriptũ est. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. id est pie dispensationi nequaq̃ se gloria vite p̃sentis admisceat. sed op9 rectitudinis appetitionem ignoret fauoris. Ne impense gratie vicissitudinẽ requirant. Audiant qđ scriptũ est. Cum facis prandiũ aut cenam noli vocare amicos tuos neq; fratres tuos neq; cognatos tuos neq; vicinos tuos. neq; diuites ne forte & ipsi reinuitent te & fiat tibi retributio. sed cum facis conuiuiũ voca pauperes & debiles & claudos & cecos. & beatus eris. quia nõ habẽt vnde retribuant tibi. Ne que prebenda sunt citius sero prebeantur. Audiãt qđ scriptuz est. Ne dicas amico tuo vade & reuertere cras dabo tibi cum statim possis dare. Ne sub obtentu largitatis ea que possident inutiliter spargant. audiant qđ scriptum est. Sudet elemosina in manu tua. Ne cum multa necessaria sint pauca largiant audiãt qđ scriptum est. Qui parce seminat parce & metet. Ne cuz oportet pauca. plurima prebeant. & ipsi postmodum nimie inopiam tolerantes. ad impatientiam erumpat. Audiant qđ scriptũ ẽ. Nõ vt alijs sit remissio vobis autem tribulatio. Sed ex eq̃litate vestra abundãtia illorum inopiam suppleat. vt & illorum habundantia vestre inopie sit supplementũ Cum enim dantis mens ferre inopiaz nescit. si multa sibi subtrahit occasionem cõtra se impacientie exquirit. prius namq; prepandus est paciẽtie animus. & tũc aut multa sunt. aut cuncta largienda: ne duz minus equanimiter inopia irruens fertur & premisse largitatis pereat merces. & adhuc mentẽ deterius murmuratio subsequens perdat. Ne omnino nihil eis prebeant. quibus conferre aliquid paruum debeant. audiant qđ scriptum est. Omni petenti tribue. ne paulatiz aliquid prebeant. quibus conferre omnino nihil debẽt audiant qđ scriptum est. Da bono. & noli recipere peccatorez. bene fac humili & nõ dederis impio. Et rursum. Panem tuuz & vinum tuũ super sepulturam iusti constitue. & noli ex eo manducare & bibere cũ peccatoribus. Panem enim suũ & vinum prebet peccatoribus. qui iniquis subsidia pro eo quod iniqui sunt impendit. Unde & nõnulli huius mundi diuites. cum fame crucientur christi pauperes effusis largitatibus nutriunt histriones. Qui vero indigenti etiam peccatori panem suuz nõ quia peccator sed quia homo est tribuit. nimirum non peccatorẽ. sed iustũ nutrit. q: in illo nõ culpã s; naturã diligit. Admonendi sunt etiã qui iã sua misericorditer largiunt vt sollicite custodire studeãt ne cum commissa peccata elemosinis redimunt. adhuc redimenda committant: ne venalem iusticiam dei estiment si cum curẽt p̃ pctis nũmos tribuere arbitrẽt se multe posse peccare. Pl9 ẽ nãq; aĩa q̃ esca & corpus q̃ vestimẽtũ. Qui ergo escã

⁊ vestimentū pauperibus largitur: sed tamen anime vel corporis iniquitate polluit: quod minus est iusticie obtulit: ⁊ qđ maius est culpe: sua deo dedit: et se dyabolo. At contra admonendi sunt qui adhuc aliena rapere contendūt: vt sollicite audiant: quid veniens in iudiciū dominꝰ dicat. Ait namqꝫ: Esuriui: ⁊ nō dedistis mihi manducare. Sitiui: ⁊ non dedistis mihi potū. Hospes eram ⁊ nō collegistis me. Nudus: ⁊ non operuistis me. Infirmus: ⁊ in carcere: ⁊ nō visitastis me. Quibus etiā promittit dicēs: Discedite a me maledicti in ignem eternū: qui preparatus est dyabolo ⁊ angelis eius. Ecce nequaꝙ̄ audiunt: quia rapinas ⁊ aliaꝫ quālibet violentiā commiserūt: ⁊ tamen eternis gehenne ignibus mancipant̄. Hinc ergo colligendū est: quanta damnatione plectendi sunt qui aliena rapiūt: si tanta animaduersione feriunt̄: qui sua indiscrete tenuerunt. Perpendant quo eos obliget reatu res rapta: si tali subiecit non tradita. Perpendant quid meretur iniusticia illata: si tanta percussione digna est pietas nō impensa. Cum aliena rapere intendūt: audiant quod scriptum est. Ve ei qui multiplicat nō sua: Usquequo aggrauat cōtra se densum lutū. Auaro quippe densum lutū contra se aggrauare est: terrena lucra cū pondere peccati cumulare. Cum multiplicare larga habitatiōis spacia cupiūt. Audiant quod scriptū est. Ve qui coniūgitis domū ad domū: et agrum agro copulatis: vsqꝫ ad terminū loci. Nū quid habitabitis soli vos in medio terre? Ac si aperte diceret: Quousqꝫ vos extēditis: qui habere in cōmuni mūdo consortes minime potestis. Coniūctos quidem premittis: sed contra quos valeatis extendere semper inuenitis. Cum augēdis pecunijs inhiant: audiant quod scriptuꝫ est. Auarus non implebit̄ pecunia: ⁊ qui amat diuicias: fructus non capiet ex eis. Fructus quippe ex eis capiet: si eas bene spargere non amando voluisset. Qui vero eas diligendo retinet: hic itaqꝫ sine fructu derelinquet. Cuꝫ repleri cūctis simul opibus inardescūt: audiant quod scriptū est. Qui festinat ditari nō erit innocens. Profecto em̄ quia augere opes ambit: vitare peccatum negligit: ⁊ more auiū captus cum escam terrenarum rerū auidus conspicit: quo strangulet̄ peccati laqueo non agnoscit. Cum quelibet ꝑ̄sentis mūdi lucra desiderāt: ⁊ que de futuro damna patiunt̄: ignorant. Audiāt quod scriptuꝫ est. Hereditas ad quam festinat̄: in principio in nouissimo benedictiōe carebit. Ex hac quippe vita iniciū ducimus: vt ad benedictiōis sortem in nouissimo veniamꝰ. Qui itaqꝫ in principio hereditari festināt: sortem sibi in nouissimo benedictiōis amputāt: quia dum per auaricie nequitiā hic multiplicari appetunt: illic ab eterno patrimonio exheredes fiūt. Cum vel plurima ambiūt: vel obtinere cūcta que ambigerint: possunt. Audiāt quod scriptum est. Quid prodest homini si totū lucretur mūdū: anime vero sue detrimentū faciat? Ac si aperte dicat veritas. Quid ꝓdest homini si totū mundū quod extra se est cōgregat: sed solum quod ipe est: damnat. Plerūqꝫ autē citius raptorū auaricia corrigit̄: si in verbis admonentis ꝙ̄ fugitiua sit presens vita monstret̄: si eoꝝ ad medium memoria deducat̄: qui ⁊ ditari in hoc mūdo diu conati sunt: ⁊ tamen in adeptis diuitijs diu manere nequiuerūt. Quibꝰ festina mors repēte ⁊ simul abstulit quicquid eorū nequicia: nec simul: nec repente cōgregauit: qui non solū hic rapta reliquerūt: sed secū ad iudiciū causas rapi ne detulerūt. Hoꝝ itaqꝫ exempla audiāt q̄s in verbis suis ꝓculdubio ⁊ ipsi cōtemnāt vt cū post verba ad coꝛ redeūt: imitari saltem quos iudicāt: erubescant.

De diuerso modo admonendi eos qui nec aliena appetunt: nec sua largiunt̄: atqꝫ eos qui ⁊ ea que habent tribuūt: ⁊ tamen aliena rapere non desistunt: Capitulum XXII.

Aliter admonēdi sunt qui nec
aliena appetunt nec sua largiū
tur: atq aliter admonēdi sunt
qui ꝛ ea que habent tribuūt et
tamen aliena rapere nō desistunt. Admo
nendi sunt nāq qui nec aliena appetunt
nec sua largiunk vt sollicite sciant qđ ea
de qua sumpti sunt cunctis hominib⁹ ter
ra cōmunis est. ꝛ iccirco alimenta quoq
omnibus cōmuniter pfert. Incassuz se er
go innocētes putant. qui cōmune dei mu
nus sibi priuatim vendicāt. Qui cum ac
cepta nō tribuunt in proximorū nece gras
santur. qr tot quotidie pene perimunt qt
morientiū pauperū apud se subsidia abscō
dunt. Nā cum quelibet necessaria indigē
tibus ministram⁹. sua illis reddimus nō
nostra largimur. Justicie debitū potius
soluimus. quā misericordie opera implea
mus. vnde ꝛ ipsa veritas cū de misericor
dia caute exhibēda loquerek ait. Attendi
te inquid ne iusticiā vestrā faciatis coram
hominibus. Cui quoq sentētie cōtinens
psalmista dicit. Dispersit dedit paupibus
iusticia eius manet in seculū seculi. Cum
enim largitatē impēsam paupibus premi
sisset nō hanc vocare misericordiā sed iu
sticiā maluit. qr qđ a cōmuni dño tribuik
profecto iustū est vt quicūq accipiunt eo
cōiter vtātur. Hinc etiā Salomon ait.
Qui iustus est tribuit ꝛ nō cessauit. Ad
monendi sunt quoq vt sollicite attendāt
q ficulnea que fructus nō habuit contra
hanc district⁹ iudex agricola querik q eti
am terrā occupauit. Terrā quippe ficul
nea sine fructu occupat qñ mens tenaciuz
hoc qđ prodesse multis poterat inutiliter
seruat. Terram ficulnea sine fructu occu
pat. qñ locū quem exercere alius per solē
boni operis valuit stultus per desidie vm
bram premit. Hi autē nōnunq dicere so
lent: concessis vtimur aliena nō querim⁹
ꝛ si digna misericordie retributiōe nō agi
mus nulla tamē peruersa perpetram⁹ qđ
iccirco sentiunt quia videlicet aurē cordis
a verbis celestibus claudūt. Neq diues
in euangelio qui induebak purpura ꝛ bys
so qui epulabak quotidie splēdide aliena
rapuisse sed infructuose pprijs vsus fuis
se perhibek eūq post hanc vitā vltrix ge
henna suscipit. nō qr aliquid illiciti gessit
sed quia īmoderato vsu totū se licitis tra
didit. Admonendi sunt tenaces vt noue
rint q hāc primā deo iniuriā faciunt quia
dāti sibi oīa nullā misericordie hostiā red
dunt. Hinc etenī psalmista ait. Nō dabit
deo placationē suā nec preciū redemptio
nis anime sue. preciū nāq redemptionis
dare est opus bonū preueniente nos gra
tia reddere. Hinc Johānes exclamat: di
cens. Jā securis ad radicē posita est Om
nis arbor que nō facit fructū bonū excide
tur ꝛ in ignem mittek. Qui ergo se inno
xios qr aliena nō rapiunt estimant. ictum
securis vicine preuideāt. ꝛ torporē impro
uide securitatis amittāt ne cū ferre fruct⁹
boni operis negligūt a presenti vita fun
ditus quasi a viriditate radicis exsecētur
At cōtra admonēdi sunt qui et ea que ha
bent tribuūt ꝛ aliena rapere nō desistunt
ne valde munifici videri appetāt. ꝛ de bo
ni specie deteriores fiant. Hi etenī ppria
indiscrete tribuētes non solū vt supra dixi
mus ad impaciētie murmurationē pruūt
sed cogente se inopia vsq ad auariciā de
uoluuntur. Quid vero eorū mente infeli
tius. quibus de largitate auaricia nascik.
ꝛ peccatorū seges quasi ex virtute semina
tur. Prius itaq admonēdi sunt vt tene
re sua rationabiliter sciāt ꝛ tunc demū vt
aliena nō ambiant. Si enim radix culpe
in ipsa effusione nō exuritur nunq ramis
exuberans auaricie spina siccatur. Occa
sio ergo rapiendi subtrahitur. si bene pri⁹
ius possidendi disponak. Tunc vero ad
moniti audiant qūo que habēt misericor
diter tribuāt quādo nimirū didicerunt vt
bona misericordie per interiectam rapine
nequiciā non confundāt. Violenter eniz
exquirunt qui misericorditer largiantur.
Sed aliud est pro peccatis misericordiaz
facere. aliud pro misericordia faciēda pec
care. Que iaz nequaq misericordia nun
cupari potest quia ad dulcem fructū non

proficit q̄ per virus pestifere radicis ama-
rescit. Hinc enī est ꝙ ipsa etiā sacrificia ꝑ
prophetā dominus reprobās dicit. Ego
dominꝰ diligens iudiciū ⁊ odio habēs ra
pinam in holocaustū. Hinc iterum dicit.
Hostie impiorū abominabiles: qꝛ offerun
tur ex scelere. Qui sepe quoqꝫ ex indigē-
tibꝰ subtrahūt que deo largiunt᷑: sed quā
ta eos animaduersione rennuat. per quē-
dam Salomonē dominus demonstrat: di
cens. Qui offert sacrificium ex substantia
pauperis quasi qui victimat filiū in cōspe
ctu patris sui. Quid nāqꝫ esse intollera-
bilius potest ꝙ̄ mors filij ante oculos pa-
tris. Hoc itaqꝫ sacrificiū quanta ira aspici
atur ostendit᷑. qđ orbati patris dolori cō-
paratur. Et tamen plerūqꝫ quanta tribu-
unt pensant. quāta autem rapiūt conside
rare dissimulant quasi mercedē numerāt.
⁊ perpendere peccata recusant. Audiant
itaqꝫ quod scriptum est. Qui mercedes
congregauit misit eas in sacculū pertusuꝫ
In sacculo quippe pertuso videtur quan
do pecunia mittitur: sed quādo amittitur
non videtur. Qui ergo quāta largiuntur
aspiciunt sed quāta rapiūt non perpēdūt.
In pertuso sacculo mercedes mittunt. qꝛ
profecto has in specie sue fiducie intuen-
tes congerūt sed nō intuentes perdunt.

De diuerso modo admonendi discordes atqꝫ pacatos: Capitulum. XXIII.

Aliter admonendi sunt discor-
des atqꝫ aliter pacati. Discor-
des nāqꝫ admonēdi sunt vt cer
tissime sciant qꝛ quātislibet vir
tutibus polleant spirituales fieri nullate
nus possunt. si vniri per concordiā proxi
mis negligūt. Scriptū quippe est. Fruc-
tus spūs est. charitas. gaudiū. pax. Qui
ergo seruare pacē non curat ferre fructuꝫ
spūs recusat. Hinc Paulꝰ ait. Cum sit in
ter vos zelus ⁊ cōtentio. nonne carnales
estis? Hinc iterum dicit. Pacem sequimi
ni cum omnibꝰ ⁊ sanctimoniam. sine qua
nemo videbit deū. Hinc rursum admonēs
ait. Sollicitū seruate vnitatē spūs. in vin
culo pacis. vnū corpus ⁊ vnus spūs. sicut
vocati estis in vna spe vocationis vestre.
Ad vnā igitur vocationis spem nequaꝙ̄
ꝑtingitur si nō ad eā vnita cū ꝓximis mē
te currat᷑. At sepe nōnulli quo quedā spe
cialiter dona ꝑcipiunt. suꝑbiendo donuꝫ
cōcordie qđ maius est amittūt; vt si fortas
se carneꝫ pre ceteris gule refrenatione q̄s
edomat. concordare eis quos suꝑat absti
nendo contēpnat. sed qꝛ abstinentiā a cō
cordia separat. quid admoneat psalmista.
Perpēdat: ait enī. Laudate eū in tym-
pano ⁊ choro. In tympano nanqꝫ sicca ⁊
ꝑcussa pellis resonat. In choro autē vo-
ces sociate cōcordāt. Quisquis itaqꝫ cor
pus affligit sed concordiā deserit deū quis-
dem laudat in tympano: sed tamē nō lau
dat in choro. Sepe vero dū quosdam ma
ior scientia erigit a ceterorū societate dis-
iungit. ⁊ quasi quo plꝰ sapiunt. eo concor
die virtute desipiscūt. Hi itaqꝫ audiāt q̇d
ꝑ semetipsam veritas dicat. Habete sal in
vobis ⁊ habete pacē inter vos. Sal quip
pe sine pace nō virtutis est donū. sed dam
nationis argumentū. Quo enī quisqꝫ me
lius sapit. eo deteriꝰ delinquit ⁊ iccirco ī
excusabiliter ⁊ multo magis merebit᷑ sup
pliciū qꝛ prudēter si voluisset potuit vita
re peccatū. Quibꝰ recte quoqꝫ ꝑ Jacobū
dicitur. Qđ si zelū amarū habetis inter
vos ⁊ contētiones sunt in cordibꝰ vestris
nolite gloriari ⁊ mendaces esse aduersum
veritatē. Nō est ista sapiētia desursum de
scendēs: sed terrena animalis dyabolica
Que autē desursum est sapiētia. primum
quidē pudica est. deinde pacifica. Pudi-
ca quidē quia caste intelligit pacifica aūt
quia per elationē se minime a proximorū
societate disiungit. Admonēdi sunt dissi
dentes vt nouerint ꝙ tam diu nullū boni
operis deo sacrificiū īmolant. ꝙ̄ diu a ꝓ-
ximo per charitatē discordāt. Scriptum
nāqꝫ est. Si offers munus tuū ante altare
⁊ ibi recordatus fueris quia frater tuꝰ ha

bet aliquid aduersus te. relinque ibi mu-
nus tuũ ante altare ⁊ vade prius reconsi-
liari fratri tuo. ⁊ tunc veniẽs offeres mu-
nus tuũ. Ex qua scilicet preceptione pen
sandũ est quorũ hostia repellitur. ꝙ intol
lerabilis culpa monstrat. Nã cum mala
cuncta bonis sequẽtibus diluant. pense-
mus quãta sit mala discordie. que nisi ex-
tincta fuerint funditus. bonũ subsequi nõ
permittũt. Admonẽdi sunt discordes vt
si aures a mãdatis celestibus nõ declinãt
mentis oculos ad cõsideranda ea que ĩ in
fimis versant aperiãt. ꝙ sepe aues vnius
eiusdẽq; generis sese socialiter volãdo nõ
deserũt ꝙ gregatim aĩalia bruta pascunt
Que sollerter aspicim⁹ concordãdo sibi
irrationabilis natura indicat ꝙtũ malũ ꝑ
discordiã rationalis natura cõmittat. qñ
hec ex rationis intẽtione perdidit. ꝙ illa
motu naturali custodit. At cõtra admonẽ
di sunt pacati. ne dũ plusꝙ necesse est pa-
cem quã possidẽt amãt ad perpetuã veni
re nõ appetãt. Plerũq; eni grauiꝰ inten
tionẽ mentiũ. rerũ trãquillitas temperat.
vt quo nõ sunt molesta que obtinẽt eo mi
nus amabilia fiant que vocãt: ⁊ quo dele
ctant presentia. eo nõ inquirant eterna.
vnde ⁊ ꝑ semetipsam veritas loquẽs cuz
terrenã pacẽ a sup̃na distingueret atq; ad
venturã discipulos ex presenti ꝓuocaret
ait. Pacẽ relinquo vobis. pacẽ meaz do
vobis. Relinquo scilicet transitoriam do
mansurã. Si ergo in eã cor que relicta est
figitur nunꝙ ad illã que dãda est ꝑuenit
Pax igit presens est ita tenẽda vt ⁊ dili-
gi debeat ⁊ contẽpni ne si immoderate di
ligitur. diligentis animus in culpa tenea
tur. vnde etiã admouendi sunt pacati ne
dum nimis humanam pacem desiderant.
prauos hominũ mores nequaꝙ redargu-
ant. ⁊ consentiẽdo peruersis ab auctoris
sui se pace disiungant. ne dum humana
foras iurgia metuunt interni federis dis-
cutione feriantur. Quid est enim pax trã
sitoria nisi quoddã vestigium pacis eter-
ne. Quid vero dementius esse potest. ꝙ
vestigia in puluere impressa diligere. sed
ipsum a quo impressa sunt non amare.
Hinc Dauid dum totum se ad federa pa-
cis interne constringeret testatur. ꝙ cum
malis concordiã non teneret dicens. Nõ
ne qui oderunt te deus oderam ⁊ super in
imicos tuos tabescebã. Perfecto odio o-
deram illos. inimici facti sunt mihi. Ini-
micos etenim dei perfecto odio odisse est
⁊ ꝙ facti sunt diligere ⁊ ꝙ faciunt incre-
pare mores prauorũ premere vite prodes-
se. Pensandũ est igitur quando ab incre
patione cessatur. quanta culpa cum pessi-
mis pax tenetur si propheta hoc tantũ ve
lud in hostiam deo obtulit ꝙ contra se ꝓ
domino prauorũ inimicicias excirauit.
Hinc est ꝙ leui tribus assumptis gladijs
per castrorum media transiens. quia feriẽ
dis noluit peccatoribus parcere deo ma-
nus dicta est consecrasse. Hinc finies pec
cantium ciuiũ gratiam spernens coeũtes
cum madianitis pertulit. ⁊ iram dei iratꝰ
placauit. Hinc per semetipsam veritas di
cit. Nolite arbitrari quia venerim pacem
mittere in terram. nõ veni pacem mitte-
re sed gladium. Malorũ quippe cũ incau
te amicitijs iungimur culpis ligamur. vn
de ⁊ Josaphat qui tot de ante acta vita p̃
conij s attollitur. de Achab regis amici-
tijs pene periturus increpatur. Cui a do
mino per prophetã dicitur. Impio pre-
bes auxilium. ⁊ his qui oderunt dominũ
amicitia iungeris. Et iccirco iram quidẽ
domini merebaris: sed bona opera inuen-
ta sunt in te. eo ꝙ abstuleris lucos de ter
ra iuda. Ab illo enim qui summe rectus
est eo ipso iam discrepat. quo peruersoruz
amicitijs vita nostra concordat. Admo-
nendi sunt pacati. ne si ad correptiõis ver
ba prosiliant. temporalem pacem sibi per
turbari formident. Rursumq; admonen-
di sunt vt eandem pacem dilectione inte
gra intrinsecus teneant. ꝙ per inuectio-
nem vocis sibi extrinsecus turbant. Qđ
vtrunq; prouide dauid se perhibet serua-
re cum dicit. Cum his qui oderunt pacẽ
eram pacificus. cum loquebar illis ĩpug
nabãt me gratis. Ecce ⁊ loq̃ns impugna

batur: et tamen impugnatus erat pacifi-
cus: quia insanientes cessabat reprehen-
dere: nec reprehensus negligebat ama-
re. Hinc etiā Paulus ait: Si fieri potest
ꝙ ex vobis est cum om̄ibus hominibꝰ pa
cem habētes. Hortaturus em̄ discipu-
los: vt pacem cū omnibus haberēt premi
sit dicens: Si fieri potest: atqꝫ subiunxit:
quod ex vobis est. Difficile quippe erat:
vt si mala acta corriperēt habere pacē cuꝫ
om̄ibus possent. Sed cū temporalis pax
in prauorū cordibus ex nostra increpatio
ne confundit inuiolata: necesse est in no-
stro corde seruet. Recte itaqꝫ ait: quod ex
vobis est: ac si nimirū dicat: Quia pax ex
duarum partiū consensu subsistit: si ab eis
que corripiunt: expellitur: integra tamen
in vestra qui corripitis mente teneat. Un
de isdem rursum discipulos admonet di-
cēs: Si quis nō obedit verbo nostro per
epistolā (hunc notate) ⁊ non cōmisceami
ni cum illo vt confundat: atqꝫ illico adiū-
xit: ⁊ nolite vt inimicū estimare illum: sed
corripite vt fratrem. Ac si diceret. Pacē
cum eo exteriorē soluite: sed interiorē cir-
ca illum medullitus custodite: vt peccā-
tis mentem sic vestra discordia feriat: qua
tenus pax a vestris cordibus: nec abnega
ta discedat.

De diuerso modo admonendi seminantes iurgia: atqꝫ pacificos: Capitulum. XXIIII.

Aliter admonēdi sunt seminan
tes iurgia: atqꝫ aliter pacifici.
Admonendi nāqꝫ sunt qui iur
gia seminā t: vt cꝰ sūt sequaces
agnoscant. De apostata quippe angelo
scriptū est. Cum bone messi zizania fuis-
sent inserta. Inimicus homo hoc fecit.
De cuius etiā membris per Salomoneꝫ
dicit. Homo apostata vir inutilis: gradi-
tur ore peruerso. Annuit oculis: terit pe-
de: digito loquit: prauo corde machinat
malū: ⁊ in omni tempore iurgia seminat.
Ecce quē seminantē iurgia dicere noluit
prius apostatā nominauit: quia nisi mo-
re superbiētis angeli a conspectu cōdito-
ris prius intus auersione mētis caderet:
foras postmodū vsqꝫ ad seminā da iurgia
nō veniret. Qui recte describit ꝙ annuit
oculis: digito loquit: terit pede. Interior
nāqꝫ est custodia: que ordinata seruat ex-
terius mēbra. Qui ergo statum mentis
perdidit: subsequēter foras in inconstan-
tia motiōis fluit: atqꝫ exteriore mobilita-
te indicat: ꝙ nulla interius radice stabili
tatis subsistat. Audiāt iurgioꝝ seminato-
res quod scriptū est. Beati pacifici quo-
niā filij dei vocabunt: atqꝫ e diuerso colli
gant: quia si filij dei vocant: qui pacē fa-
ciūt: proculdubio sathane sunt filij qui cō
fundunt. Omnes autē qui per discordiā
separant a viriditate dilectiōis arefiunt.
Qui ⁊ si boni operis fructꝰ in suis actio-
nibus proferūt: profecto nulli sunt: quia
non ex vnitate charitatis oriunt. Hinc er
go perpendāt seminantes iurgia ꝙ̄ mul-
tipliciter peccāt: qui dum vnā nequitiam
perpetrāt: ab humanis cordibus cunctas
simul virtutes eradicāt. In vno em̄ malo
innumera peragūt: qui seminādo discor-
diam: charitatē: que nimirū omniū virtu-
tum mater est extingūt. Quia autē nihil
est preciosius deo virtute dilectiōis. Ni-
hil est dyabolo desiderabilius extinctiōe
charitatis. Quisquis ergo seminādo iur
gia dilectionem proximoꝝ perimit: hosti
dei familiarius seruit: quia qua ille amis-
a cecidit: hāc iste vulneratis cordibꝰ sub
trahēs eis iter ascensionis abscidit. At, cō
tra admonēdi sunt pacifici: ne tante actio
nis pondus leuigēt: si inter quos funda-
re pacē debeant ignorēt. Nam sicut mul-
tū nocꝫ si vnitas desit bonis: ita valde est
noxiū si non desit malis: si ergo peruerso-
rū nequicia in pace iungit: profecto eorū
malis actibus robur auget: quia quo sibi
in malicia congruūt: tanto se robustiꝰ bō-
noꝝ afflictiōibus illidūt. Hinc namqꝫ est
ꝙ cōtra damnati illius vasis vicꝫ antixp̄i
predicatores: diuina voce beato Job dici
tur. Membra carniū eius coherentia sibi
Hinc sub squamarū specie de eius satelli

tibus dicit: vna vni coniũgitur: ⁊ ne spira
culũ quidez incendit per eas. Sequaces
quippe illi⁹: quo nulla inter se discordie
aduersitate diuisi sunt: eo in bonoꝝ nece
grauius glomerant. Qui ergo iniquos
paci sociat: iniquitati vires administrat:
q2 bonos deterius deprimũt: quos ⁊ vna
numiter persequũt Unde predicator egre
gius graui phariseoꝝ saduceorũqꜫ perse-
cutiõe apprehensus inter semetipos diui
dere studuit: quos cõtra se vnitos graui-
ter vidit: cũ clamauit dicens: Uiri fratres
ego phariseus sum: filius phariseorũ: de
spe et de resurrectiõe mortuoꝝ ego iudi-
cor. Dũqꜫ saducei specie resurrectionẽ qꜫ
mortuoꝝ esse denegarẽt: q̄ pharisei iuxta
sacriloquij precepta crederẽt facta imper
secutoꝝ vnanimitate dissensio est: ⁊ diui
sa turba Paulus illesus exijt: que hunc
vnita prius vnanimiter pressit. Admonẽ
di itaqꜫ sunt: qui faciẽde pacis studijs oc
cupant: vt prauoꝝ mentibus prius amo-
rem debeãt interne pacis infundere: qua
ten⁹ eis postmodũ valeat exterior pax ꝓ-
desse: vt dum eoꝝ in illius cogitatiõe su-
spendit: nequaq̄ ad nequitiã ex hui⁹ per
ceptione rapiat: dunqꜫ supernã prouidẽt
terrenã nullo modo ad vsum sue deterio-
ratiõis inclinent. Cũ vero peruersi quiqꜫ
tales sunt: vt nocere bonos nequeãt: etiã
si concupiscãt inter has nimirũ debet ter-
rena pax cõstrui: vt prius q̄ ab eis valeat
superna cognosci. At hi scilicet quos cõ-
tra dilectionẽ dei malicie sue impietas ex
asperat: saltim ex proximi amore ĩmãsue-
scant: ⁊ quasi e vicino ad melius trãseant
vt ad illã que a se longius est pacẽ condi-
toris ascendant.

De diuerso modo admonendi eos qui sacre legis verba nõ recte intelligũt: atqꜫ eos qui hec humiliter non loquũtur:

Capitulum. XXV

Aliter admonẽdi sunt qui sacre
legis verba non recte intelli-
gunt: atqꜫ aliter qui recte quidem intelli-
gũt: sed hec humiliter non loquũtur. Ad
monendi eñi sunt: qui sacre legis verba
non recte intelligũt: vt perpendant: quia
saluberrimũ vini potũ inveneni sibi pocu
lũ vertũt: ac per medicinale ferrũ vulne-
re mortali se feriũt: dũ per hoc ĩ se sana pe
rimũt: per qđ salubrit᷑ abscidere saucia de
buerũt. Admonẽdi sunt vt perpendãt qđ
scriptura sacra in nocte vite p̄sentis quasi
quedã nobis lucerna sit posita: cui⁹ nimi-
rum verba dũ non recte intelligũt: de lu-
mine tenebrescũt. Quos videlicet ad in-
tellectũ prauũ intentio peruersa non rape
ret: nisi prius superbia inflaret. Dum eñi
se preceteris sapiẽtes arbitrant: sequi ali
os ad melius intellecta despiciũt: atqꜫ vt
apud imperiũ vulgus scientie sibi nomen
extorqueãt: student summopere ab alijs
recta intellecta destruere: ⁊ sua peruersa
roborare: vnde bene per prophetã dicit:
Secuerũt pregnantes Galaad ad dilatã-
dum terminũ suũ. Galaad nãqꜫ aceruus
testimonij interpretat. Et quia cuncta si-
mul cõgregatio ecclesie per confessionem
seruit testimonio veritatis nõ incongrue
per Galaad ecclesia exprimit: que ore cũ-
ctoꝝ fideliũ de deo queqꜫ sunt vera testa
tur. Pregnãtes autem Galaad anime vo
cant: que intellectũ verbi ex diuino amo-
re concipiũt: si ad perfectũ tempus veni-
ant perceptam intelligentiã operis osten
sione pariture. Terminũ vero suũ dilata-
re est opinionis sue nomẽ extendere. Se
cuerũt ergo pregnantes Galaad ad dila-
tandũ terminũ suum: quia nimirũ hereti-
ci mentes fideliũ que iam aliquid de veri
tatis intellectu cõceperant: peruersa pre-
dicatiõe perimũt: ⁊ scientie sibi nomẽ ex-
tendũt: paruuloꝝ corda iam de verbi con
ceptiõe grauida erroris gladio scindũt: ⁊
quasi doctrine sibi nomen faciũt. Hos er-
go cũ conamur instruere ne peruersa sen-
tiant: admonemus: prius necesse est ne in
anem gloriã querant. Si eñi radix elatio
nis abscidit: consequenter rami praue as-
sertiõis arescunt. Admonẽdi sunt etiam

ne errores discordiasqꝫ generãdo legem
dei que iccirco data est: vt sacrificia satha
ne prohibeat eandem ipam in sathane sa
crificiũ vertant. Unde per prophetã do-
minus queritur dicens: Dedi eis frumentũ
vinũ ⁊ oleum: ⁊ argentũ multiplicaui eis
⁊ aurum que fecerũt Baal. Frumentum
quippe a domino accipim⁹: quando in di
ctis obscurioribus subducto tegimine lit-
tere per medullã spirit⁹ legis interna sen
timus. Uinũ suum nobis domin⁹ prestat
cum scripture sue alta predicatiõe nos in
ebriat. Oleuz quoqꝫ suũ nobis tribuit cũ
preceptis apertioribus vitã nostrã blan-
da lenitate disponit. Argentũ multipli-
cat cũ nobis luce veritatis plena eloquia
subministrat. Auro quoqꝫ nos ditat quã-
do cor nostrũ intellectu summi fulgoris ir
radiat. Que cũcta heretici Baal offerũt
quia apud auditorũ suorum corda corru-
pte omnia intelligẽdo peruertũt: ⁊ de fru
mẽto dei vino atqꝫ oleo: argento pariter-
⁊ auro sathane sacrificiũ immolant: quia
ad errorẽ discordie verba pacis inclinãt.
Unde admonẽdi sunt vt perpendãt: quia
dum peruersa mẽte de preceptis pacis di
scordiã faciunt: iusto dei examine ipi de
verbis vite moriuntur. At contra admonẽ-
di sunt que recte quidẽ verba legis intel-
ligũt: sed hec humiliter non loquũtur: vt
in diuinis sermonibus priusqꝫ eos alijs
proferãt semetipos requirãt: ne insequen
tes aliorum facta se deserant: ⁊ cũ recte de sa
cra scriptura sentiũt: hoc solũ quod per il
lam cõtra elatos dicitur: non attendant.
Improbus quippe et imperitus est me-
dicus: qui alienum vuulnus mederi ap-
petit: et ipse vulnus quod patitur nescit.
Qui ergo verba dei humiliter nõ loquũ-
tur profecto: admonẽdi sunt: vt cum me-
dicamina egris apponũt: prius virus sue
pestis inspiciãt: ne alios medendo ipi mo
riantur. Admoneri debent: vt cõsiderent
ne a virtute dicti dicendi qualitate discor
dent: ne loquendo aliud: ⁊ ostendẽdo ali-
ud predicent. Audiãt itaqꝫ quod scriptũ
est. Si quis loquitur quasi sermones dei.
Qui ergo verba que proferãt ex proprijs
non habent cur quasi de proprijs tumẽt.
Audiãt quod scriptum est. Sicut ex deo
corã deo in christo loquimur. Ex deo enim
coram deo loquitur: qui predicatiõis ver
buz: ⁊ quia a deo accepit: intelligit: ⁊ pla
cere per illud deo non hominibus querit
Audiant quod scriptum est. Abbomina-
tio domini est omnis arrogans. Quia vi
delicet dũ in verbo dei gloriã querit: ius
dantis inuadit: eumqꝫ laudi sue postpo-
nere nequaquã metuit: a quo hoc ipsum
quod laudatur accipit. Audiãt quod pre
dicatori per Salomonem dicitur: Bibe
aquam de cysterna tua: ⁊ fluẽta putei cui
diriuentur fontes tui foras: et in plateis
aquas diuide. Habeto eas solus: nec sint
alieni participes tui. Aquam quippe pre
dicator de cysterna sua bibit: cum ad cor
suum rediens: prius audit ipe quod di-
cit: Bibit sui fluenta putei si sui irrigatio
ne infunditur verbi. Ubi bene subiun-
gitur. Deriuentur fontes tui foras: ⁊ in
plateis aquas diuide. Rectũ quippe est:
vt prius ipe bibat: ⁊ tunc predicando ali-
is influat. Fontes namqꝫ foras deriuare
est: exterius alijs vim predicationis in-
fundere. In plateis autem aquas diuide
re est: in magna auditorum amplitudine
iuxta vniuscuiusqꝫ qualitatem diuina elo
quia dispẽsare. Et quia plerumqꝫ inanis
glorie appetitus subripit: dum sermo di-
uinus ad multorũ noticiam currit. Post
quã dictum est aquas diuide: recte subiũ-
gitur. Habeto eas solus: nec sint alieni
participes tui. Alienos quippe malignos
spiritus vocat: de quibus propheta tem-
ptati hominis voce dicitur: Alieni insur
rexerunt in me: ⁊ fortes quesierunt ani-
mam meam. Ait ergo: Aquas in plateis
diuide: ⁊ tamen solus habe. Ac si aperti-
us dicat: Sic necesse est: vt predicationi
exterius seruias: quatenus per elationez
te immundis spiritibus non coniungas:
ne in diuini verbi ministerio hostes tuos
ad te participes admittas. Aquas ergo ⁊
in plateis diuidimus: ⁊ tamẽ soli possidẽ

mus: quando exterius late predicationẽ fundimus: et tamẽ per eam humanas laudes assequi: minime ambimus.

De diuerso modo admonendi illos qui cum predicare valeant pre nimia humilitate formidant: atque illos quos a predicatione imperfectio vel etas prohibet: et tamen precipitatio impellit:

Capitulum. XXVI.

Aliter admonendi sunt qui cum predicare valeãt pre nimia humilitate formidant: atque aliter admonendi sunt quos a predicatione imperfectio vel etas prohibet: et tamen precipitatio impellit. Admonendi namque sunt: qui cum predicare vtiliter possunt: immoderata tamen humilitate effugiũt: vt ex minori consideratione colligant: quantum in maioribus rebus delinquant. Si enim indigentibus proximis ipi quas haberent pecunias absconderent: adiutores proculdubio calamitatis extitissent. Quo ergo reatu astringãtur: aspiciant: qui dum peccantibus fratribus verbum predicationis subtrahũt: morientibus mentibus vite remedia abscondũt: vnde et bene quidam sapiens dicit: Sapientia abscondita et thesaurus inuisus: que vtilitas vtriusque. Si populũ fames attereret: et occulta sibi frumenta seruaret: auctores proculdubio mortis existerent. Quanta itaque plectendi sunt pena considerent: qui cum fame verbi anime pereant ipi panem perceptegratie nõ ministrant. Unde bene per Salomonẽ dicitur: Qui abscondit frumẽta maledicetur in populis. Frumenta quippe abscõdere est predicationis sancte apud se verba tenere. In populis autem talis quisque maledicitur: quia in solius culpa silentij per multorum quos corrigere potuit: pena damnatur. Si medicinalis artis minime ignari secandum vulnus cernerent: et tamen secare recusarent: profecto peccatum fraterne mortis ex solo torpore committerent. Quanta ergo culpa inuoluantur: aspiciant: qui dum cognoscant vulnera mentium curare negligunt ea sectione verborum. Unde et bene per prophetam dicitur: Maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine. Gladium quippe a sanguine prohibere est predicationis verbum a carnalis vite interfectione retinere. De quo rursum gladio dicitur. Et gladius meus deuorabit carnes. Hi itaque cũ apud se sermonem predicationis occultant: diuinas cõtra se sententias terribiliter audiant: quatenus ab eorum cordibus timorem timor expellat. Audiant que talentum qui erogare noluit: cum sententia damnatiõis amisit. Audiant que Paulus eo se a proximorum sanguine mundũ credidit: que feriẽdis eorum vicijs non pepercit: dicens: Contestor vos hodierna die: quia mũdus sum a sanguine omnium vestrorũ. Non enim subterfugi: quo minus annũciarem omne consilium dei vobis. Audiant que voce angelica Johãnes admonet cum dicit: Qui audit: dicat veni: vt nimirum cui se vox interna insinuat: illuc etiam alios clamando quo ipe rapitur: trahat: ne clausas fores etiam vocatus inueniat: si vocati vacuus appropinquat. Audiant quod Esaias qui a verbi ministerio tacuit: illustratus a superno lumine magna voce penitentie seipe reprehendit dicens: Ve mihi: quia tacui. Audiant quod per Salomonem in illum predicationis scientia multiplicari permittitur: qui in hoc quod iam obtinuit torporis vicio nõ tenetur. Ait namque: Anima que benedicit impiguabit: et qui inebriat ipe quoque inebriabit. Qui enim exterius predicando bene dicit interioris augmẽti pinguedinẽ recipit: et dum diuino eloquio auditorum mentẽ deebriare nõ desinit potu

multiplicati muneris de ebriatꝰ excreſcit
Audiãt qđ Dauid hoc deo ĩ munere ob-
tulit. ꝙ predicationis gratiã quã accepe
rat non abſcõdit: dicens. Ecce labia mea
nõ prohibebo dñe tu cognouiſti. Juſticiã
tuã non abſcõdi in corde meo veritatẽ tuã
⁊ ſalutare tuũ dixi. Audiant qđ ſpõſi col
loquio ad ſponſam dicit. Que habitas in
ortis amici auſculta fac me audire vocem
tuã. Eccleſia quippe in ortis habitat. que
ad viriditatẽ intimã exculta plãtaria vir
tutum ſeruat. Cuius vocẽ amicos auſcul
tare eſt electos quoſqꝫ verbũ predicatiõis
illius deſiderare. quã videlicet ſponſus
audire deſiderat. quia ad predicationem
ſuã per electorũ ſuorum animas anhelat.
Audiant ꝙ moyſes cum iraſcentẽ deum
populo cerneret. ⁊ aſſumi adulciſcendum
gladios iuberet. illos a parte dei denũcia
uit exiſtere qui delinquentiũ ſcelera incũ
ctãter feriret: dicens. Si quis eſt dñi iun
gatur mihi. Ponat vir gladiũ ſuuz ſuper
femur ſuum. ite ⁊ redite de porta vſqꝫ ad
portã. per mediũ caſtrorũ. ⁊ occidat vnus
quiſqꝫ fratrẽ ſuũ ⁊ amicũ ⁊ proximũ ſuuz.
Gladiũ quippe ſuper femur ponere ẽ pre
dicationis ſtudiũ voluptatibus carnis an
teferre: vt cum ſancta quis ſtudet dicere
curet neceſſe eſt illicitas ſuggeſtiões edo
mare. De porta vero vſqꝫ ad portã ire eſt
a vicio vſqꝫ ad vitiũ ꝑ qđ ad mentẽ mors
ingredit increpãdo diſcurrere. Per me
dium vero caſtrorũ tranſire eſt. tanta eq̃-
litate intra eccleſiã viuere. vt q̃ delinquẽ
tium culpas redarguit in nullius ſe debe
at fauore declinare. Unde ⁊ recte ſubiun
gitur. Occidat vir fratrẽ ⁊ amicũ ⁊ proxi
mum ſuũ. Fratrẽ ſcilicet ⁊ amicũ ꝓximũ
interficit. qui tamẽ puniẽda inuenit ab in
crepationis gladio nec eis quos per cog-
nationẽ diligit parcit. Si ergo ille dei di-
citur qui ad feriẽda vitia zelo diuini amo
ris excitatur. profecto eſſe ſe dei denegat
qui ⁊ inquantũ ſufficit increpare vitã car
nalium recuſat. At contra admonẽdi ſũt
quos a predicationis officio vel imperfe-
ctio vel etas prohibet ⁊ tamen precipita-
tio impellit. ne dum tanti ſibi onus officii
precipitatione arrogant. viam ſibi ſubſe-
quentis meliorationis abſcidant. ⁊ cuz ar
ripiunt intempeſtiue qđ non valent. per-
dant etiam qđ implere quãdoqꝫ tempeſti
ue potuiſſent atqꝫ ſcientiã quia incõgrue
conantur oſtendere. iuſte oſtendãtur ami
ſiſſe. Admonẽdi ſunt vt cõſiderent quod
pulli auium ſi ante pennarũ perfectionez
volare appetunt. vnde ire in alta cupiũt:
inde in ima merguntur. Admonẽdi ſunt
vt conſiderent qđ ſtructuris recentibus:
nec dũqꝫ ſolidatis. ſi tignorũ pondus ſuꝑ
ponitur non habitaculũ ſed ruina fabrica
tur. Admonẽdi ſunt vt conſiderent quod
conceptas ſoboles ſemine ſi prius ꝙ̃ for-
mentur plene proferunt. nequaꝙ̃ domos
ſed tumolos replent. Hinc eſt enim ꝙ ip-
ſa veritas que repente quos vellet robo-
rare potuiſſet vt exemplũ ſequentibus da
ret ne imꝑfecte predicare p̃ſumeret poſt-
ꝙ̃ plene diſcipulos de virtute predicatio
nis inſtruxit illico adiunxit. Uos autẽ ſe-
dere in ciuitate quouſqꝫ induamini vir-
tute ex alto. Jn ciuitate quippe cõſedemꝰ
ſi intra mentiũ noſtrarum nos clauſtra cõ
ſtringimus ne loquẽdo exteriꝰ euagemur
vt cum virtute diuina perfecte induimur
tunc quaſi a nobiſmetipſis foras etiã ali-
os inſtruentes exeamus. Hinc per quen-
dam ſapientẽ dicitur. Adoleſcens loque
re in cauſa tua vix. ⁊ ſi bis interrogatꝰ fu-
eris habeat initium reſpõſio tua. Hinc ẽ
qđ idem redemptor noſter cuz in celis ſit
conditor ⁊ oſtenſionis ſue potẽtia ſemper
doctor angelorum ante triennale tempus
in terra magiſter fieri noluit hominuz. vt
videlicet precipitibus vim ſaluberrimi ti
moris infunderet cum ipſe etiam qui labi
non poſſit perfecte vite gratiam non niſi
ꝑfecta etate predicaret. Scriptũ q̃ppe ẽ.
Cũ factus eſſet annorũ duodecim reman-
ſit puer Jeſus in Hieruſalem. De quo
a parentibus requiſito paulopoſt ſubdi-
tur. Jnuenerunt illum in templo ſedentẽ
in medio doctorum ⁊ interrogantẽ illos ⁊
audientez. Uigilanti itaqꝫ ꝯſideratiõe pẽ

sandũ est: ꝙ cũ hiesus annoꝝ duodecim
dicit: in medio doctoꝝ sedens nõ docens
sed interrogans inuenit. Quo exemplo
scilicet ostendit ne infirmus docere quis
audeat: si ille puer, doceri interrogãdo vo
luit: qui per diuinitatis potentiã verbuꝫ
scientie ipis suis doctoribus ministrauit.
Hinc vero per Paulũ discipulo dicitur:
Precipe hec ⁊ doce: nemo adolescentiã
tuaꝫ cõtempnat. Sciendũ vobis est: quia
in sacro eloquio aliquãdo adolescentia iu
uentus vocat. Quod citius ostendit: si
Salomonis ad mediũ verba proferant:
qui ait: Letare iuuenis in adolescentia
tua. Si enim vtraqꝫ vnũ esse: non decer-
neret: quẽ monebat: in adolescentia iuue
nem nõ vocaret.

¶ De diuerso modo admonen-
di eos qui in hoc quod tempora
liter appetunt prosperant: atqꝫ
eos qui ea que mũdi sunt: cõcu
piscunt: sed tamen aduersitatis
labore fatigantur:

Capitulum. XXVII.

A Liter admonendi sunt: qui in
hoc quod tempaliter appetũt:
prosperant: atqꝫ aliter qui ea q̃
dem que mundi sunt concupi-
scunt: sed tamen aduersitatis labore fati-
gant. Admonendi nãqꝫ sunt: qui in hoc
quod tempaliter appetunt: prosperant:
ne cum cũcta ad votum suppetunt: dantẽ
querere negligant: nec in his que dantur
animũ figant: ne peregrinationẽ pro pa-
tria diligant: ne subsidia itineris in obsta
cula peruentiõis vertant: ne nocturno lu
ne lumine delectati claritatẽ solis videre
refugiant. Admonẽdi nãqꝫ sunt: vt que-
qꝫ in hoc mũdo consequũtur: calamitatis
solatia: non autẽ premia retributiõis cre-
dant: sed contra fauores mũdi mentẽ eri-
gant: ne in eis ex tota cordis delectatiõe
succumbant. Quisquis enim prosperita
tem qua vtitur apud iudiciũ cordis me-
lioris vite amore non reprimit: fauorẽ vi-
te transeũti in mortis perpetue occasio-
nem vertit. Hinc est enĩ ꝙ sub ydumeoꝝ
specie qui vincẽdos se prosperitati sue re
liquerant: in huius mũdi successibus le-
tantes increpant cum dicitur. Dederunt
terram meam sibi inhereditatẽ cum gau-
dio: ⁊ toto corde ⁊ ex animo: quibus ver-
bis perpendit: ꝙ non solum: quia gaude
ant: sed ꝙ toto corde ex animo gaudeant
districta reprehensione feriant. Hinc Sa
lomon ait: Auersio paruuloꝝ interficiet
eos ⁊ prosperitas stultorum perdet illos.
Hinc Paulus admonet dicens: Qui e-
munt tanꝙ non possidentes: ⁊ q qui vtũ
tur hoc mundo tanꝙ non vtantur: vt vi-
delicet sic nobis que suppetunt exterius
seruiant: quatenꝰ a superne dilectiõis stu
dio animũ non inflectant: nec luctum no-
bis interne peregrinatiõis temperent: ea
que in exiliũ positis subsidium prebent: ⁊
quasi felices nos in transitorijs gradia-
mur: que ab eternis nos interim miseros
cernimus. Hinc namqꝫ est: ꝙ de electoꝝ
voce dicit ecclesia. Leua eius sub capite
meo: ⁊ dextera illius amplexabit me. Si
nistram dei prosperitatem: videlicet vite
presentis: quasi sub capite posuit quã in-
tentiõe summi amoris premit. Dextera
vero dei eam amplectit: quia sub eterna
eius beatitudine tota deuotiõe continet.
Hinc rursus per Salomonẽ dicit: Lon-
gitudo dieꝝ in dextera illiꝰ: in sinistra vo
illius diuicie ⁊ gloria. Diuitie itaqꝫ ⁊ glo
ria qualiter sint habenda docuit: que po-
sita in sinistra memorauit. Hinc psalmista
ait: Saluũ me fac dextera tua. Neqꝫ enĩ
ait manus: sed dextera vt vicꝫ cum dexte
ram diceret: quia eternã salutem quere-
ret: indicaret. Hinc rursum scriptum est.
Dextera manus tua domine cõfregit ini
micos. Hostes enĩ dei ⁊ si in sinistra eius
proficiũt: in dextera frangunt: quia plerũ
qꝫ prauos vita presens eleuat: sed aduen
tus eterne beatitudinis damnat. Admo-
nẽdi sunt qui in hoc mundo prosperant:
vt solerter cõsiderent ꝙ presentis vite ꝓ-

ſperitās aliquando idcirco datur: vt ad meliorem vitam prouocet aliquādo vero vt in eternū plenius damnet. Hinc eſt enī ꝙ plebi iſraelitice Chanaan terra ꝓmittitur: vt quādoq̄ ad eterna ſperanda prouocet. Neq̄ enim rudis ille populus ꝓmiſſionibus dei in longinquū crederet: ſi a ꝓmiſſore ſuo nō etiam e vicino aliquid percepiſſet: vt ergo ad eternoꝝ fidem certius roboret: nequaquā ſolūmodo ſpe ad res: ſed rebus quoq̄ ad ſpem trahit. Qđ liquido pſalmiſta teſtatur dicens: Dedit eis regiones gentiū: ⁊ labores populorū poſſiderūt: vt cuſtodiant iuſtificatiōes eiꝰ ⁊ legem eius requirāt. Sed cum largientem dominū humana mēs boni operis recompenſatōe non ſequit: vnde nutrita pie creditur: inde iuſtius damnat. Hinc enim per pſalmiſtā rurſum dicit. Deieciſti eos dum alleuarent. Quia videlicet reprobi cum recta opera diuinis muneribus non rependūt cum totos ſe hinc deſerūt: ⁊ affluentibus proſperitatibꝰ dimittūt. Unde exterius proficiūt: inde ab intimis cadunt. Hinc eſt ꝙ in inferni cruciatu diuiti dicit. Recepiſti bona in vita tua. Iccirco enim hic bona receperit: ⁊ malus vt ille pleniꝰ mala reciperet: quia hic fuerat nec per bona cōuerſus. At cōtra admonēdi ſunt qui ea quidē que mūdi ſunt concupiſcūt: ſed tamen aduerſitatis labore fatigantur: vt ſollicita conſideratiōe perpendāt. Creator diſpenſatorq̄ cunctoꝝ quāta ſuper eos gratia vigilat: quoſ in ſua deſideria nō relaxat. Egro quippe quē medicus deſperat: cōcedit: vt cuncta que cōcupiſcit accipiat. Nā qui ſanari poſſe creditur: a multis que appetit prohibet: et pueris nūmos ſubtrahimus: quibus tota ſimul patrimonia heredibꝰ reſeruamꝰ. Hinc ergo de ſpe eterne hereditatis gaudiū umant: quos aduerſitas vite temporalis humiliat: quia niſi ſaluādos imperpetuū cerneret: erudiendos ſub diſcipline regimine diuina diſpenſatio nō frenaret. Admonēdi itaq̄ ſunt qui in his que temporaliter cōcupiſcunt aduerſitatis labore fatigant: vt ſollicite conſiderēt ꝙ plerūq̄ etiā iuſtos cum temporalis potētia ſuſtulit: velut in laqueo culpa comprehendit. Nam ſicut in priori huiꝰ voluminis parte iam diximus: Dauid deo amabilis rectior fuit in ſeruitute: ꝙ̄ cum peruenit ad regnū. Seruus nāq̄ amore iuſticie deprehenſum aduerſariū ferire timuit. Rex autem perſuaſiōe luxurie deuotū militē etiam ſub ſtudio fraudis extinxit. Quis ergo opes: quis poteſtatē: quis gloriā querat inoxie: ſi ⁊ illi extiterūt noxia que hec habuit non queſita? Quis inter hec ſine magno diſcriminis labore ſaluabit: ſi ille in his culpa interueniēte turbatus eſt: q̄ adhec fuerat deo eligēte preparatus. Admonēdi ſunt vt conſiderēt: quia Salomō qui poſt tantā ſapientiā vſq̄ ad ydolatriam cecidiſſe deſcribit: nihil in hoc mūdo anteꝙ̄ caderet: aduerſitatis habuiſſe memoret: ſed conceſſa ſapiētia funditus cor deſeruit: qđ nulla vel minima tribulationis diſciplina cuſtodiuit.

De diuerſo modo admonendi coniugijs obligatos: atq̄ a cōiugij nexibus liberos: Capitulum. XXVIII.

Aliter admonēdi ſunt cōiugijs obligati: atq̄ aliter a ꝯiugij nexibus liberi. Admonēdi nāq̄ ſunt cōiugijs obligati: vt cū viciſſim que ſunt alterius cogitāt: ſic eorum quiſq̄ ſtudeat placere ꝯiugi: vt nō diſpliceat cōditori: ſic ea que huius mūdi ſunt: agāt: vt tamen appetere que dei ſunt nō omittāt. Sic de bonis pn̄tibus gaudeant vt tamē intentiōe ſollicita mala eterna ꝑtimeſcāt. Sic de malis temꝑalibus lugeant: vt tamen cōſolatiōe integra ſpem integrā in bonis perhennibus figāt: quatenus dū in tranſitu cognoſcūt eſſe qđ agūt. In manſione ſciāt quod appetūt: nec mala mūdi cor confringāt: cū ſpes bonoꝝ celeſtiū roborat: nec bona preſentis vite decipiāt cū ſuſpecta ſubſequētis iudicij mala contriſtant. Itaq̄ animus xpianorum

cōiugiū: ⁊ infirmus est ⁊ fidelis: qui ⁊ ple-
ne cūcta temporalia despicere nō valet: ⁊
tamen eternis se cōiungere per desideriū
valet: quāuis in delectatiōe carnis inte-
rim iaceat: superne spei infectiōe conuale-
scat: ⁊ si habet que mūdi sunt in vsu itine-
ris: sperat que dei sunt in fructu peruētio-
nis: nec totū se ad hoc qđ agit: conferat:
ne ab eo ꝙ robuste sperare debuit: fundi-
tus cadat. Quod bene ac breuiter Pau-
lus exprimit dicēs: Qui habent vxores
tanquā non habētes sint: ⁊ qui flent tan-
ꝙ non flētes: ⁊ qui gaudent tanꝙ nō gau-
dentes. Vxorē quippe tanꝙ non haben-
do habet: qui sic per illā carnali cōsolatio-
ne vtit̃: vt tamen nunꝙ ad praua opera a
melioris intentiōis rectitudine eius amo-
re flectat̃. Vxorē quasi nō habendo habet
qui transitoria esse cūcta conspiciēs: curā
carnis ex necessitate tollerat: sed eterna
gaudia spirit⁹ ex desiderio expectat. Non
flendo autē flere est: sic exteriora aduersa
plangere: vt tamen nouerit eterne quoqꝫ
spei cōsolatiōe gaudere: ⁊ rursum nō gau-
dēdo gaudere est: sic de infimis aīm attol-
lere: vt tamē nunꝙ desinat sūma formida-
re. Vbi quoqꝫ apte paulo post idē doctor
ac predicator gentiū subdit dicēs: Prete-
rit eīm figura huius mūdi. Ac si aperte di-
ceret: Nolite cōstanter mundū diligere:
quādo ⁊ ip̃o non potest quē diligitis sta-
re. Incassum cor quasi amātes figitis: dū
fugit ip̃e quem amatis. Admonēdi sunt
cōiuges: vt ea que sibi aliquādo displicēt
⁊ patientes inuicē tollerāt: ⁊ exhortātes
inuicē saluent. Scriptū namqꝫ est. Inui-
cem onera portate: ⁊ sic adimplebitis le-
gez xp̃i. Lex quippe xp̃i charitas est: que
ex illo nobis ⁊ largiter sua bona cōtulit: ⁊
equanimiter mala nostra portauit. Tunc
ergo legem xp̃i et eius mādata imitando
cōplemus: quādo ⁊ nostra bona benigne
ꝯferimus: ⁊ nostroꝝ mala pie sustinem⁹.
Admonēdi quoqꝫ sunt ⁊ cōiuges: vt eo-
rum quisqꝫ nō tam que ab altero tolerat:
ꝙ que ab ip̃o tolerant̃ attendat. Si eniz
sua que portant̃ considerat ea que ab alte-
ro sustinet leuius portat Admonēdi sunt
cōiuges: vt suscipiēde prolis se meminē-
rint causa coniūctos: ⁊ cū immoderate ad
mixtioni seruiētes propagatiōis articu-
lum in vsum transferūt voluptatis perpē-
dāt: quod licet extra nō exeunt: in ip̃o ta-
men cōiugio cōiugij iura transcendūt: vn-
de necesse est: vt crebris exoratiōibus do-
leant quod pulchrā copule speciē admi-
xtis voluptatibus fedant. Hinc est eīm ꝙ
peritus medicine celestis apostol⁹ non tā
sanis instituit: ꝙ infirmis medicamenta
mōstrauit dicens: De quibus scripsistis
mihi bonū est homini mulierē non tange-
re: ꝓpter fornicationē aūt vnusqsqꝫ vxo-
rem suā habeat: ⁊ vnaqueqꝫ virū suū ha-
beat. Qui enim fornicatiōis metū premi-
sit: profecto nō stantibus preceptū cōtulit
Sed ne fortasse in terrā ruerent: lectū ca-
dentibus ostēdit. Vn̄ adhuc infirmātib⁹
subdidit. Vxori vir debitū reddat: simili-
ter aūt ⁊ vxor viro. Quibus dū in magna
honestate ꝯiugij aliquid de voluptate lar-
giret̃ adiunxit. Hoc aūt dico sm̃ indulgē-
tiam: non sm̃ imperiū. Culpa quippe esse
innuit̃: qđ indulgeri perhibet̃: sed que tā-
to citius relaxat̃: quāto nō per hanc illici-
tū quod agit̃: sed hoc qđ est licitū: sub mo-
deramine nō tenet̃. Qđ bene Loth in se
metip̃o exprimit qui ardentē zodomā fu-
git. Sed tn̄ segor inueniēs nequaꝙ mox
mōtana ꝯscendit. Ardentē quippe zodo-
mā fugere est: illicita carnis incēdia decli-
nare. Altitudo vero montiū est mūdicia
ꝯtinentiū: vel certe quasi in mōte sunt: q̃
etiā carnali copule inherēt: sꝫ tn̄ extra su-
scipiēde ꝓlis admixtionē debitā: nll'a car-
nis voluptate soluūt̃. In mōte quippe sta-
re q̃d est: nisi fructū ꝓpaginis in carne nō
querere. In mōte stare est carni carnalit̃
nō adherere. Sed qꝛ multi sunt q̃ scelera
quidē carnis deserūt: nec tn̄ in ꝯiugio po-
siti vsus solūmodo debiti iura conseruēt.
Exijt quidē Loth zodomā: sed tn̄ mox ad
mōtana nō peruenit: qꝛ iā damnabilis vi-
ta relinquit̃: sed adhuc celsitudo cōiuga-
lis cōtinentie subtiliter nō tenet̃. Est ve-

ro in medio segor ciuitas que fugientem
saluat infirmū. quia videlicet cū sibi per
incontinentiā miscentur ꝯiuges. ⁊ lapsus
scelerū fugiunt ⁊ tamē venia saluantur.
Quasi paruam quippe ciuitatē inueniūt
in qua ab ignibus defendant. quia cōiu-
galis hec vita non quidē in virtutibꝰ mi-
ra est: sed tamen a supplitijs secura. Un-
de ⁊ isdem Loth ad angelū dicit. Est ci-
uitas hic iuxta ad quā possum fugere par
ua. ⁊ saluabor in ea. Nunquid non modi
ca est. ⁊ viuit in ea anima mea. Juxta igi
tur segor dicitur ⁊ tamen ad salutem tuta
perhibetur. quia cōiugalis vita nec a mū
do longe diuisa est. nec tamē a gaudio sa-
lutis aliena: sed tūc in actione hac vita su
am cōiuges quasi in parua ciuitate custo-
diunt quādo pro se assiduis deprecationi
bus intercedūt. Unde ⁊ recte per angelū
ad eundē Loth dicitur. Ecce etiam ī hoc
suscepi preces tuas vt non subuertā vrbē
pro qua locutus es. Quia videlicet cum
deo deprecatio funditur. nequaquā talis
coniugū vita dampnat. De qua depreca-
tione quoqꝫ paulus admonet: dicēs. No
lite fraudari inuicē nisi forte ex consensu
ad tempus vt vacetis orationi. At cōtra
admonēdi sunt qui ligati cōiugijs nō sūt
vt preceptis celestibꝰ eo rectius seruiant
quo eos ad curas mundi nequaq̄ iugum
copule carnalis inclinat. vt quos onus li
citum cōiugij non grauat. nequaq̄ pon-
dus illicitū terrene sollicitudinis premat
sed tanto eos pauciores dies vltionis q̄-
to expeditiores inueniat. ne quo meliora
agere vacātes possunt sed tamē negligūt
eo supplicia deteriora mereant. Audiant
cū Paulus quosdā ad celibatus gratiaꝫ
instrueret non coniugiū spreuit: sed curas
mundi nascētes ex cōiugio repulit: dicēs.
Hec autē ad vtilitatem vestrā dico. nō vt
laqueum vobis initiā: sed ad id qđ hone-
stum est prouoco. ⁊ qđ facultateꝫ prebeat
sine impedimēto domino obsecrandi. Ex
cōiugijs quippe terrene sollicitudines ꝓ
deunt. ⁊ iccirco magister gentiuꝫ. audito
res suos ad meliora persuasit. ne sollicitu
dine terrena ligarentur. Quē igitur cele
bem curarū seculariū impedimentuꝫ pre-
pedit. ⁊ cōiugio se nequaq̄ subdidit. ⁊ ta
men coniugij onera nō euasit. Admonē-
di sunt celibes ne sine dampnationis iu-
dicio misceri se feminis vacātibus putēt.
Cum enī Paulus fornicationis vitium
tot criminibꝰ execrādis inseruit. cuius sit
reatus indicauit dicēs. Neqꝫ fornicato-
res neqꝫ ydlois seruientes. neqꝫ adulteri
neqꝫ molles neqꝫ masculorū cōcubitores
neqꝫ fures neqꝫ auari. neqꝫ ebriosi. neqꝫ
maledici. neqꝫ rapaces regnū dei posside
bunt. Et rursum fornicatores ⁊ adulteros
iudicabit deus. Admonēdi itaqꝫ sunt vt
si temptationū procellas cum difficultate
salutis tolerant. cōiugij portum petant.
Scriptū quippe est. Meliꝰ est nubere q̄
vri. sine culpa scilicet ad coniugiū veniūt
si tamen nec dū meliora deuorauerūt. Nā
quisquis bonū maius subire ꝓposuit. bo
num minus qđ licuit illicitū fecit. Scrip
tum quippe est. Nemo mittēs super ara-
trum manū suā. ⁊ respiciēs retro aptus ē
regno celorū. Qui ergo fortiori studio in
tenderit retro conspicere cōuincitur. si re
lictis bonis amplioribꝰ ad minima retor-
quetur.

De diuerso modo admonen-
di cōmixtione carnis expertos
atqꝫ ignaros.
Capitulum. XXIX.

ALiter admonēdi sunt peccato-
rum carnis conscij atqꝫ alit igꝫ-
nari. Admonēdi nāqꝫ sunt pec
catorū carnis experti. vt mare
saltim post naufragiū metuant ⁊ perditio
nis sue discrimina vel cognita per horre-
scant ne qui pie post perpetrata mala ser
uati sunt. hec improbe repetēdo moriant
vnde ⁊ peccati anime nunquāqꝫ a pecca-
to desinēti dicitur. Frons mulieris mere-
tricis facta est tibi noluisti erubescere.
Admonēdi itaqꝫ sunt vt studeāt quatenꝰ
si accepta nature bona integra seruare no

luerunt. saltim scissa resartiant. Quibus
nimirū necesse est vt perpendāt. in taꝫ ma
gno fidelium numero. ꝙ multi ⁊ se illiba
tos custodiāt. ⁊ alios ab errore cōuerrant
Quid igitur isti dicturi sunt si alijs in in-
tegritate stantibus. ipsi nec post damnare
scipiscunt. Quid dicturi sunt. si cū multi
⁊ alios secum ad regnū celorū deferūt. hi
expectante domino nec semetipsos redu-
cunt. Admonēdi sunt vt preterita amissa
considerent ⁊ īminentia deuitent. Unde
sub iudee specie per prophetā dominꝰ cor
ruptis in hoc mundo mētibus transactas
culpas ad memoriā reuocat. quatenꝰ pol
lui in futuris erubescāt dicens. Fornica-
te sunt in Egypto in adolescētia sua. Ibi
subacta sunt vbera earū. ⁊ fracte sunt mā-
me pubertatis earū. In egypto quippe
vbera subigunt. cum turpi huiꝰ mūdi de-
siderio. humane mētis voluptatibus sub-
sternunt. In egypto pubertatis mamme
frangunt. quādo naturales sensus adhuc
in semetipsis integri pulsantis concupi-
scentie corruptione viciantur. Admonen
di sunt peccati carnis experti. vt vigilan-
ti cura conspiciāt. post delicta nobis ad se
redeuntibꝰ. deus quāta beniuolētia sinū
sue pietatis expādit. cum ꝑ prophetā di-
cat. Si dimiserit vir vxorem suā ⁊ illa re-
cedens duxerit virū alium. nunqd reuer-
tetur ad eam vltra. Nunquid nō polluta
⁊ cōtaminata erit mulier illa? Tu autem
fornicata es cū amatoribus multis. tamē
reuertere ad me, dicit dn̄s. Ecce de forni-
cante ⁊ relicta muliere argumentum iusti
cie preponit. ⁊ tamē nobis post lapsum re
deuntibus nō iusticia sed pietas adhibet
vt hinc vtiqꝫ colligamꝰ si nobis delinquē
tibus. tanta pietate parcitur. a nobis nec
post delictum redeuntibus quāta impro-
bitate peccatur aut que ab illo erit suꝑ im
probos venia. qui non cessat vocare post
culpas. Que nimirū bene per prophetā
post delictū misericordia vocatiōis expri
mitur. cuꝫ auerso homini dicitur. Et erūt
oculi tui videntes preceptorē tuum ⁊ au-
res tue audientes verbū posttergū monē

tis. Humanū quippe genus dominus in
faciem admonuit. quādo in paradiso con
dito homini atqꝫ in libero arbitrio stanti
quid facere quid ve nō facere deberet in-
dixit. Sed homo in dei faciē terga dedit.
cum superbiens eius iussa cōtempsit. nec
tamen superbienteꝫ deus deseruit qui ad
reuocandū hominē. legem dedit exhortā
tes angelos misit in carne nostre mortali
tatis ipse apparuit. Ergo post tergum
stās nos admonuit: qui ad recuperationē
nos gratie etiam contēptus vocauit. Qđ
igit generaliter simul potuit dici de cun-
ctis. hoc necesse est specialirer sentire de
singulis. Quasi enim coram deo positus
quisqꝫ verba admonitionis eius percipit
cum prius ꝙ peccata perpetret. volunta-
tis eius precepta cognoscit. Adhuc enim
ante eius faciem stare est. nec dum eū pec
cando contēpnere. Cum vero derelicto
bono innocētie. iniquitatē eligens appe-
tit terga iam in eius faciē mittit. Sed ec-
ce adhuc ⁊ post tergum deus subsequens
monet, qui etiā post culpam ad se redire ꝑ
suadet. Aduersum vero reuocat cōmissa
non respicit sed reuerenti sinū pietatis ex-
pandit. Uocem ergo post terguꝫ monētis
audimus. si ad inuitantē nos dn̄m statim
post peccata renertimur. Debemus igit
pietatē vocantis erubescere si iusticiā no-
lumus formidare. qꝛ tanto grauiore in ꝓ
bitate contēpnitur quāto ⁊ contēptus ad
huc vocare nō dedignat. At cōtra admo
nendi sunt peccata carnis ignorātes. vt tā
to sollicicius precipitem ruinā metuant.
quāto altius stāt. Admonēdi sunt. vt no-
uerint quia quo magis loco preminēti cō
sistunt. eo crebrioribus sagittis insidiato-
ris impetunt. Qui tanto ardentius solet
erigi quanto se robustius conspicit vinci.
tantoqꝫ intollerabiliꝰ dedignat vinci. ꝙ-
to cōtra se videt ꝑ integra infirme carnis
castra pugnari. Admonēdi sunt vt inces-
santer p̄mia suspiciāt. ⁊ libēter procul du
bio tēptationū quos tolerant labores cal
cant. Si eni attēdat felicitas que sine trā
situ accingitur. leue fit ꝙ trāseundo labo

ratur. Audiāt ꝙ per prophetā dicit. Hec
dicit dn̄s Eunuchis. Qui custodierint
sabbata mea ⁊ elegerint que volui ⁊ tenu
erint fedus meū. dabo eis in domo mea ⁊
in muris meis locū. ⁊ nomē meli⁹ a filijs
⁊ filiab⁹. Eunuchi quippe sunt qui ꝯpres
sis motib⁹ carnis affectū in se praui opis
abscidūt. Quo autē apud patrē loco ha-
beant ostēditur qui in domo patris vide
licet eterna māsione etiā filijs preferūtur
Audiant qꝺ p Johannē dicit. Hi sunt q̄
cū mulieribus nō sunt coinquinati. virgi
nes eni sūt ⁊ sequunt agnū quocūq̧ ierit
⁊ ꝙ canticū cantāt ꝙ nemo possit dicere
nisi illa centū quadragintaquatuor milia
Singulariter quippe canticū magnū can
tare est. cū eo imperpetuū precunctis fide
libus etiā de carnis incorruptione gaude
re. Quid tamē electi ceteri canticū audi-
re possunt licet dicere nequeūt qꝛ per cha
ritatē quidē in illorū celsitudine leti sūt.
quāuis ad eorū premia nō assurgant. Au
diant peccatorū carnis ignari quia per se
metipsam de hac integritate veritas dici
tur. Non oēs capiunt verbū hoc. Qꝺ eo
innotuit summū quo denegauit minimuz
⁊ dū predicit quia difficile capit. audien-
tibus innuit ceptū cum qua cautela tene-
atur. Admonēdi itaq̧ sūt peccata carnis
ignorātes. vt preminere virginitatē con-
iugijs sciāt. ⁊ tamē se super cōiuges non
extollāt. quatenus dū ⁊ virginitatē prefe-
runt ⁊ se postponūt. ⁊ illud nō deserāt qꝺ
esse melius estimāt. ⁊ se custodiant quo se
inaniter nō exaltant. Admonēdi sunt. vt
considerēt ꝙ plerūq̧ actione secularium.
vita ꝯfundit ꝯtinentiū. cuz ⁊ illi vltra ha
bitū assumūt opa. ⁊ isti iuxta ordinem pro
priū non excitāt corda. vnde bene per pro
phetā dicitur. Erubesce sydon ait mare.
Quasi eni per vocē maris ad verecundiā
sydon adducit qn̄ per compationē vite se
culariū atq̧ in hoc mūdo fluctuantiū. ei⁹
qui munit⁹ ⁊ quasi stabilis cernit vita re-
probatur. Sepe eni nōnulli ad dn̄m post
carnis peccata redeūtes tanto se ardenti⁹
in bonis opibus exhibent quāto dānabili
ores se de malis vidēt ⁊ sepe in carnis in
tegritate perdurātes cū minus se respici-
unt habere qꝺ defleāt plene sibi sufficere
vite sue innocentiā putant. atq̧ ad feruo
rem spūs nullis ardoris se stimulis inflā-
mant. ⁊ fit plerū deo gratior amore. ardēs
vita post culpā ꝙ securitate torpēs inno-
centia. Unde ⁊ voce iudicis dicit. Remit
tuntur ei peccata multa. qꝛ dilexit multū.
⁊ erit gaudiū in celo sup vnū peccatorem
penitentē magis plus ꝙ sup nonaginta-
nouē iustos quib⁹ non est opus penitētia
Qꝺ citius ⁊ ex ipso vsu colligimus si no-
stre mentis iudicia pensem⁹. Plus nāq̧
terrā diligim⁹ que post spinas exarata fru
ctus vberes producit. quā que nullas spi
nas habuit. sed tamē exculta sterilē sege-
tem gignit. Admonendi sunt peccata car
nis ignorantes. ne superioris ordinis cel
situdine se ceteris preferant cū ab inferio-
ribus quāta se melius agant ignorāt. In
examine nāq̧ recti iudicis mutat merita
ordinū qualitas actionū. Quis enim con
sideratis ipsis rerū imaginib⁹ nesciat ꝙ i
natura gemmarū carbunculus prefertur
hyacincto? Sed tamē cerulei coloris hya
cinctus prefert pallenti carbunculo. quia
⁊ illi ꝙ nature ordo subtrahit. species de
coris adiungit. ⁊ hunc quē naturalis or-
do pretulerat. coloris qualitas fedat. Sic
eni in humano genere ⁊ quidā in meliori
ordine deteriores sunt. ⁊ quidā in deteri-
ori meliores. quia ⁊ isti sortē extremi ha-
bitus bene viuēdo transcendūt. ⁊ illi supe
rioris loci meritū morib⁹ nō sequendo di
minuut.

De diuerso modo admonen-di eos qui peccata deplorāt: atq̧ eos qui cogitationum. Capitulum. XXX.

ALiter admonendi sunt qui pec
cata deplorant operū. atq̧ ali-
ter que cogitationum. Admo-
nendi quippe sunt qui peccata
deplorant operuz vt consūmata mala p-

fecta diluant lamenta. ne plus astringantur in debito perpetrati operis. et minus soluant in fletibus satisfactionis. Scriptum quippe est. Potū dedit nobis in lachrymis et in mēsura. vt videlicet vniuscuiusqꝫ mens tantū penitendo cōpunctionis sue bibit. lachrymas quā se a deo meminit aruisse per culpas. Admonendi sūt vt incessanter cōmissa ante oculos reducant atqꝫ vidēdo agant. vt a districto iudice videri non debeāt. Unde Dauid cum peniteret dicens. Auerte oculos tuos a peccatis meis paulo superius intulit. Delictū meū contra me est semp. Ac si diceret. Peccatū meum ne respicias postulo. quia hoc respicere ipse non cesso. vnde et per prophetam dominus dicit. Et peccatorum tuorū memor non ero. tu autem memor esto. Admonendi sunt. vt singula queqꝫ cōmissa considerent. et dū per vnūquodqꝫ vitium erroris sui inquinationem deflēt simul se ac totos lachrymis mundēt. vnde bene per Hieremiā dicitur. Cum iudee singula delicta pensarentur. Diuisiones aquarum deduxit oculus meus. Diuisas quippe ab oculis aquas deducimus. quādo peccatis singulis dispartitas lachrymas damus. Necqꝫ enī vno eodēqꝫ tempore eque mens de omnibus dolet sed dum nunc huius nunc illius culpe memoria acrius tangitur. simul de omnibus in singulis cōmota purgatur. Admonēdi sunt vt de misericordia quā postulāt presumāt nec vi imoderate afflictionis intereant. Necqꝫ enī dominus pius ante delinquentium oculos flēda peccata opponeret. si per semetipsum ea districte ferire voluisset. Constat enī quod a suo iudicio abscōdere voluit quos miserēdo preueniēs sibimetipsis iudices fecit. Hinc enī scriptū ē. Preueniam⁹ faciē ei⁹ in confessione. Hinc per Paulū dicit. Si nosmetipsos diiudicarem⁹ nō vtiqꝫ diiudicaremur. Rursum admonēdi sunt. vt sic de spe fiduciā habeāt nec tñ in cauta securitate torpescat. Plerūqꝫ enim callid⁹ hostis mentē quā pctō supplantat cū de ruina sua afflictā respicit securitatis pestifere blāditijs seducit. Quod figurate exprimitur cū factū dine memorat. Scriptū quippe est. Egressa est dina vt videret mulieres regionis illi⁹. Quā cū vidisset sichem fili⁹ Emor euei princeps terre illi⁹ adamauit et rapuit. et dormiuit cū illa. vi opprimēs virginē. et cōglutinata est anima eius cū ea. tristēqꝫ blāditijs deliniuit. Dina quippe vt mulieres videat extranee regionis. egreditur quando vnaqueqꝫ mēs sua studia negligens actiones alienas curans extra habitū atqꝫ extra ordinem proprium vagat. Quam sichē princeps terre opprimit quia videlicet inuentā in curis exteriorib⁹ dyabolus corrumpit et est aīa eius cum ea conglutinata quia vnitam sibi per iniquitatē respicit. et quia cū mens a culpa resipiscit ad se ducitur atqꝫ admissum flere conatur corruptor autē spes ac securitates vacuas āte oculos vocat. quatenus vtilitatē tristicie subtrahat recte illic subiungitur. Tristēqꝫ blanditijs deliniuit. Modo enim aliorū facta grauiora. modo nil esse quod perpetratū est. Modo misericordē dñm loquit modo adhuc tēpus subsequēs ad penitentiā pollicet. vt dum per hec decepta mēs ducit. ab intētione penitētie suspendat quaten⁹ tūc bona nulla percipiat. quam nunc mala nulla contristāt. et tūc pleni⁹ obruat supplicijs que nūc etiā gaudet in delictis. At cōtra admonendi sūt. qui peccata cogitationū deflent vt sollicite considerent intra mentis archana. vtrum delectatione tantūmodo. an etiam consensu deliquerint. Plerūqꝫ enim temptatur cor. et ex carnis nequitia delectat: et tñ eidē nequitie ex rōne renititur vt in secreto cogitationis et cōtristet quod libet et libeat quod contristat. Nōnunquā vero ita mēs baratro tēptationis absorbet vt nullatenus renitatur. sed ex deliberatione sequit hoc. vnde ex delectatione pulsat et si facultas exterior suppetat rerū. mox effectibus interiora vota consumat. Quod videlicet si iusta animaduersio districti iudicis respicit. Non est iam cogitationis culpa sed operis. quia et si rerum tarditas foras

peccatum distulit intus hoc cõsensionis
opere volũtas impleuit. In primo autem
parente didicimus: qꝛ tribus modis om-
nis culpe nequitiã perpetramus. Sug-
gestione scilicet delectatione ⁊ consensu.
Primũ itaqꝫ per hostem: secundũ per car
nem: tertiũ per spiritũ perpetratꝛ. Insidia
toꝛ enĩ praua suggerit: caro se ad delecta
tionẽ subijcit: atqꝫ ad extremũ spiritus vi
ctus delectatiõe cõsentit: vnde ⁊ illic ser-
pens praua suggessit: Eua autẽ quasi ca-
ro sese delectatiõi subdidit: Adã vero ve
lut spiritus suggestiõe ac delectatiõe su-
peratus cõsensit. Suggestione itaqꝫ pec-
cati agnoscimus: delectatõe vincimur: cõ
sensu etiã ligamur. Admonẽdi sunt igitꝛ
q̃ neq̃cias cogitatiõis deflent: vt sollicite
considerẽt in qua peccati mensura cecide
runt: quatenꝰ iuxta ruine modũ quã in se
metipis introꝛsus sentiũt. etiam mensura
lamentatiõis erigantꝛ: ne si cogitata mala
minus cruciant: vsqꝫ ad perpetrãda ope-
ra perducantꝛ. Sed inter hec itaqꝫ terren
di sunt: vt tamen minime frangantꝛ. Se-
pe enĩ misericoꝛs deus eo citius peccata
coꝛdis abluit: quo hec exire ad opera non
permittit: ⁊ cogitata mali nequicia tanto
citius soluitꝛ: quia effectu operis districti-
us non ligatꝛ: vnde recte per psalmistã di
citꝛ: Dixi: pronũciabo aduersum me iniu-
sticias meas domino: ⁊ tu remisisti impie
tatẽ coꝛdis mei. Qui enim impietatẽ coꝛ
dis subdit: quia cogitationũ iniusticias ꝓ
nũciare vellet: indicauit. Dumqꝫ ita ait:
Dixi pronũciabo: atqꝫ illico adiunxit. Et
tu remisisti: quã super hec sit venia facilis
ostendit. Qui dũ se adhuc pꝛomittit pe-
tere: quod se petere ꝓmittebat: obtinuit:
quatenus: quia ad opus nõ venerat cul-
pa: vsqꝫ ad cruciatũ non perueniret peni-
tentia: sed cogitata afflictio mentẽ terge-
ret: quã nimirũ tantũmodo cogitata ini-
quitas inquinasset.

De diuerso modo admonendi illos qui cõmissa plangunt: atqꝫ illos qui deserunt nec tamẽ plangunt: Capi. XXXI.

Aliter admonẽdi sunt qui com
missa plangũt: nec tamen dese
rũt: atqꝫ aliter qui deserũt: nec
tamen plangũt. Admonendi
enim sunt qui cõmissa plangũt: nec tamẽ
deserũt: vt considerare sollicite sciãt: quia
deflendo inaniter mũdant: qui viuẽdo se
nequiter inquinãt: cum iccirco se lachry-
mis lauant: vt mũdi ad soꝛdes redeant.
Hinc enĩ scriptum est. Canis reuersus ad
suũ vomitũ: ⁊ sus lota in volutabꝛo luti.
Canis quippe cũ vomit pꝛofecto cibũ qui
pectus depꝛimebat pꝛoijcit. Sed cum ad
vomitũ reuertitꝛ: vnde leuigatus fuerat:
rursus oneratꝛ. Et qui cõmissa deploꝛant:
pꝛofecto nequiciã de qua male satiati fue
rant: ⁊ que mentis intima depꝛimebat cõ
fitendo pꝛoijciũt: quã post confessionẽ dũ
repetunt: resumũt. Sus vero in voluta-
bꝛo luti cum lauatur: soꝛdidioꝛ redditur:
⁊ quia amissa plangit: nec tamẽ deserit:
pene grauioꝛi culpe se subijcit: qui ⁊ ipãz
quã flendo impetrare potuit: veniã contẽ-
pnit: ⁊ quasi in lutosa aqua semetipm vo
luit: quia dũ fletibus suis vite mũditiam
subtrahit: ante dei oculos soꝛdidas ipas
etiã lachrymas facit. Hinc rursuz scriptũ
est. Ne iteres verbũ in oratiõe tua. Ver-
bum nãqꝫ in oratiõe iterare est post fletuz
cõmittere q̃ rursum necesse sit flere. Hic
per Esaiam dicitꝛ. Lauamini: mũdi esto-
te. Post laeacrũ enim mũdus esse negli-
git: quisquis post lachrymas vite innocen
tiam nõ custodit: ⁊ lauantꝛ ergo: ⁊ nequa-
q̃ mundi sunt: qui cõmissa flere non desi-
nũt: sed rursus flenda committunt. Hinc
quoqꝫ per quendã sapientẽ dicitꝛ: Quid
pꝛodest: qui baptizatꝛ a moꝛtuo: ⁊ iterum
tangit illũ? Quid pꝛoficit lauatio eius?
Baptizatꝛ quippe a moꝛtuo qui mundatꝛ
fletibus a peccato. Sed post baptismum
moꝛtuũ tangit: qui culpã post lachrymas
repetit. Admonẽdi sunt: qui cõmissa plã-
gunt: nec tamen deserũt: vt ante districti
iudicij oculos eis se similes esse agnoscãt

qui venĩetes ad faciem quorundã homi-
nũ magna eis submissione blandiunt: re-
cedentes autẽ inimicitias ac damna que
valent atrociter inferũt. Quid est enim
culpã flere: nisi humilitatẽ deo sue deuo-
tiõis ostendere? Et quid est post fletũ pra
ua agere: nisi superbius in eũ quẽ rogaue
rat: inimicitias exercere? Jacobo attestã-
te: qui ait: Quicũq; vult amicus esse hu
ius seculi: inimicus dei cõstituit. Admo-
nendi sunt: qui ammissa plangũt: nec ta-
men deserũt: vt sollicite cõsiderent: quia
ita plerũq; mali inutiliter compũguntur
ad iusticiã sicut plerũq; boni innoxie tem
ptant ad culpã. Fit quippe mira exigen-
tibus meritis positiõis interne mensura:
vt ꝛ illi de bono aliquid agũt: quod tamẽ
non perficiũt: superbe inter ipa que iam
plenissime perpetrãt mala confidãt: ꝛ isti
dum de malo temptant: cui nequaq̃ con
sentiũt: quo per infirmitatẽ titubant: eo
gressus cordis ad iusticiã per humilitatẽ
verius figant. Balaam quippe iustoꝝ ta
bernacula respiciens ait: Moriat anima
mea morte iustoꝝ: ꝛ fiant nouissima mea
hoꝝ similia: sed cũ compunctõis tempus
abscessit contra eorũ vitam quibus se si-
milẽ fieri etiam moriẽdo poposcerat: con
siliũ prebuit: ꝛ cum occasionẽ de auaricia
repperit: illico oblit⁹ est quicquid sibi de
innocẽtia optauit. Paulus vero ait: Vi-
deo aliam legẽ in membris meis repug-
nantẽ legi mentis mee: ꝛ captiuũ me du-
centẽ in lege peccati que est in mẽbris me
is. Qui profecto iccirco temptat: vt in bo
no robustius ex ipa infirmitatis sue cogni
tione solidet. Quid est ergo q̄ ille com-
pungitur: ꝛ tamen iusticie non appropin
quat: iste temptat: et tamen eũ culpa non
inquinat: nisi hoc quod ostendit aperte:
quia nec malos bona imperfecta adiuuãt
nec bonos mala cõsummata condempnãt
At cõtra admonendi sunt: qui amissa de-
serũt: nec tamen plangunt: ne iam relaxa
tas estimẽt culpas: quas ꝛ si agendo non
multiplicãt: nullis tamen fletibus mun-
dãt Neq; enĩ scriptor si a scriptõe cessaue
rit: q2 alia nõ addidit etiã illa q̃ scripserat
deleuit: nec qui cõtumelias irrogat: si so-
lũmodo tacuerit: satisfecit. Cum profecto
necesse sit: vt verba premisse superbie ver
bis subiuncte humilitatis impugnet: nec
debitor absolutus est: quia alia nõ multi
plicat: nisi ꝛ illa que ligauerat: absoluat.
Jta ꝛ cũ deo delinquimus: nequaq̃ satis-
facimus si ab iniquitate cessamus: nisi vo
luptates quoq; quas dilexim⁹: ecõtrario
oppositis lamẽtis insequamur. Si enim
nulla nos in hac vita operũ culpa macu-
lasset: nequaq̃ hic adhuc degentibus ipa
ad securitatẽ innocẽtia nostra sufficeret:
quia illicita animũ multa pulsarẽt. Qua
igit mente securus est: qui perpetratis ini
quitatibus ipe sibi testis est: q2 innocens
non est. Neq; enĩ deus nostris cruciatib⁹
pascitur: sed delictoꝝ morbos medicamẽ
tis cõtrarijs medet: vt qui voluptatibus
delectati discessimus: rursus fletib⁹ ama-
ricati redeamus: ꝛ qui per illicita defluen
do cecidimus: etiam a licitis nosmetipos
restringẽdo surgamus: ꝛ cor q̄ insana le-
ticia infuderat salubris tristicia exurat: ꝛ
q̄ vulnerauerat elatio superbie curet ab-
iectio humilis vite. Hinc enim scriptum
est. Dixi iniquis: Nolite inique agere: ꝛ
delinquẽtibus nolite exaltare cornu. Cor
nu quippe delinquẽtes exaltent: si nequa
q̃ se ad penitentiam ex cognitiõe sue ini-
quitatis humiliãt. Hinc rursum dicitur:
Cor contritũ ꝛ humilatũ deus non sper-
nit: quisquis enĩ peccata plangit: nec ta-
men deserit: cor quidẽ conterit: sed humi
liare cõtempnit. Quisquis vero pecca-
ta deserit: nec tamen plangit: iam quidẽ
humiliat: sed tamẽ cõuertere cor recusat.
Hinc Paulus ait: Et hec quidẽ fuistis:
sed abluti estis: sed sanctificati estis: q2 ni
mirũ illos emendatior vita sanctificat: q̄s
per penitentiã abluẽs: afflictio fletuũ mũ
dat. Hinc Petrus cũ quosdã territos ma
loꝝ suorum consideratiõe conspiceret: ad
monuit dicens: Penitentiã agite: ꝛ ba-
ptizetur vnusquisq; vestrũ. Dicturus enĩ
baptisma premisit penitentie lamenta: vt

prius se aqua sue afflictiōis infunderent:
ꝛ postmodū sacramento baptismatis laua
rent. Qua igit̄ mente qui transactas cul-
pas flere negligūt: fiunt securi de venia:
quādo ipē summꝰ pastor ecclesie huic eti-
am sacramēto attendendā penitentiā cre
didit: qđ peccata principaliter extinguit.

De diuerso modo admonendi eos qui illicita que faciūt laudant: atqꝫ eos qui accusant praua: nec tamen deuitant:

Capitulum. XXXII.

Aliter admonēdi sunt qui illici
ta que faciūt etiam laudāt. At-
qꝫ aliter qui accusāt praua: nec
tamen deuitant. Admonendi
sunt em̄ qui illicita que faciūt etiam lau-
dant: vt cōsiderent ꝙ plerūqꝫ plus ore ꝙ̄
opere delinquāt. Opere nāqꝫ per semet-
ipōs solos praua perpetrāt: ore autē per
tot personas iniquitatē exhibent: quo au
dientiū mentes iniqui ladātes docēt. Ad
monēdi ḡ sunt: vt si eradicare mala dissi-
mulāt: saltē seminare pertimescāt. Admo
nēdi sunt: vt eis perditio priuata sufficiat
Rursumqꝫ admonēdi sunt: vt si mali esse
non metuūt: erubescant saltim videri qđ
sunt. Plerūqꝫ enim culpa dū absondit̄:
effugat̄: quia dum mens erubescit videri
quod tamē esse non metuit: erubescit quā
doqꝫ esse quod fugit videri. Cū vero quis
qꝫ prauus impudēter innotescit: quo libe
rius om̄e facimus perpetrat: eo etiā lici-
citū putat: ꝛ quod licitū suspicatur: in hoc
proculdubio multiplicius mergit̄. Unde
scriptū est. Peccatū suū sicut zodoma pre
dicauerūt: nec absconderūt. Peccatū su-
um si zodoma absconderet: adhuc sub ti-
more peccaret. Sed funditus frena timo
ris amiserat: que ad culpam nec tenebras
requirebat. Unde rursum scriptū est. Cla
mor zodomorū ꝛ gomorre multiplicatus
est: Peccatū quippe cum voce est: culpa
in actione. Peccatū vero etiā cum clamo
re est: culpa cū libertate. At contra admo
nendi sunt: qui accusant praua: nec tamē
deuitāt: vt prouide perpendāt quid in di
stricto dei iudicio pro sua excusatiōe di-
cturi sunt: qui de reatu suoꝝ criminū: eti-
am semetipīs iudicibus nō excusant̄. Hi
itaqꝫ quid aliud ꝙ̄ precones sui sunt vo-
ces cōtra culpas proferunt: ꝛ semetipōs
operibus reos trahūt. Admonēdi sunt:
vt videant: quia de occulta iam retribu-
tiōe iudicij est: ꝙ eorum mēs malū quod
perpetrat: illuminat̄: vt videat: sed non
conatur vt vincat: vt quo melius videt:
eo deterius pereat: quia ꝛ intelligentie lu
men percipit: ꝛ actōis praue tenebras nō
relinquit. Nam cū acceptam ad adiutori
um scientiā negligunt. Hanc cōtra se in
testimoniū vertūt: ꝛ de lumine intelligē-
tie augent supplicia: ꝙ profecto accepe-
perāt vt possint delere peccata. Quoruꝫ
nimirū nequitia cum malū agit: quod di-
iudicat: venturū iam iudiciū hic degustat
vt cum eternis supplicijs seruat̄: obnoxia
suo hic interim examine nō sit absoluta:
tantoqꝫ illic grauiora tormēta percipiat:
quanto hic malū non deserit: etiam ꝙ ipa
condemnat. Hinc em̄ veritas dicit. Ser-
uus qui cognouit voluntatē domini sui:
et non fecit scđm voluntatē eius vapula-
bit multis pladis. Hinc psalmista ait: De
scendant in infernū viuentes. Uiui quip-
pe que circa illos agunt̄: sciunt ꝛ sentiūt:
mortui autē sentire nihil possunt. Mor-
tui enim in infernū descenderent: si mala
nesciendo perpetrarent. Cum vero sciūt
mala ꝛ tñ faciūt: ad iniquitatis infernū vi
uentes miseri: sentientesqꝫ descendūt.

De diuerso modo admonendi eos qui repentina cōcupiscētia superant̄: atqꝫ eos qui in culpa ex consilio ligantur:

Capitulum. XXXIII.

Aliter admonēdi sunt qui repē
tina cōcupiscentia superant̄: at
qꝫ aliter q̄ in culpa ex cōsilio li
gant̄. Admonēdi q̄ppe sūt q̄s

repentina cõcupiſcentia ſupat: vt in bel=
lo pn̄tis vite ſe quotidie poſitos attẽdat:
⁊ cor ꝙ preuidere vulnera nõ poteſt: ſcu=
to ſolliciti timoris tegãt: vt occulta inſidi
antis hoſtis iacula perhorreſcãt: ⁊ in tam
caliginoſo certamine intẽtiõe ꝯtinua in
tra mẽtis caſtra ſe muniãt. Nam ſi a circũ
ſpectiõis ſollicitudine cor deſtituit: vul=
neribus aperit: qꝛ hoſtis callidus tanto li
beriꝰ pectus percutit: quãto nudũ a ꝓui=
dentie lorica deprehẽderit. Admonendi
ſunt qui repentina cõcupiſcẽtia ſuperant
vt curare nimis terrena deſueſcãt: qꝛ in=
tentionẽ ſuã dũ rebus tranſitorijs immo=
deratius implicãt: quibus culparũ iacu=
lis trãſfigant ignorãt. Unde ⁊ per Salo
monẽ vox percuſſi ⁊ dormiẽtis exprimit:
qui ait: Uerberauerũt me: ⁊ nõ dolui: tra
xerũt me ⁊ ego nõ ſenſi. Quãdo euigila=
bo ⁊ rurſũ viuã reperiã. Mens quippe a
cura ſue ſollicitudinis dormiẽs verberat
⁊ nõ dolet: qꝛ ſicut imminẽtia mala nõ ꝓ
ſpicit: ſic nec que perpetrauerit agnoſcit.
Trahit ⁊ nequaq̄ ſentit: quia per illece
bras viciorꝝ ducit: nec tamen ad ſui cuſto
diã ſuſcitat. Que quidẽ euigilare optat:
vt rurſum viua repperiat: qꝛ quãuis ſom
no torporis a ſui cuſtodia premat: vigila=
re tamẽ ad curas ſeculi nitit: vt ſemꝑ vo=
luptatibus deebriet: ⁊ cũ ad illud dormi=
at in qδ ſolerter vigilare debuerat: ad il=
lud vigilare appetit: ad qδ laudabiliter
dormire potuiſſet. Hic ſuperiꝰ ſcriptũ eſt
Et eris quaſi dormiẽs in medio mari: et
quaſi ſopitꝰ gubernator amiſſo clauo. In
medio eñi mari dormit: q̄ in huius mũdi
temptatiõibus poſitus ꝓuidere motus ir
ruentiũ viciorꝝ quaſi imminẽtes vndarũ
cumulos negligit: ⁊ quaſi gubernator cla
uũ amittit: qñ mens ad regendã nauẽ cor
poris ſtudiũ ſollicitudinis perdit. Clauũ
quippe in mari amittere eſt intentionẽ ꝓ
uidã inter ꝓcellas huius ſeculi nõ tenere
Si eñi gubernator clauũ ſollicite ſtringit
modo in fluctibus ex aduerſo nauẽ dirigi
tur: modo ventorũ impetus per obliquũ
findit: ita cũ mens vigilãter animã regit

modo alia ſuperãs calcat: modo alia ꝓui
dẽs declinat: vt ⁊ pn̄tia laborãdo ſubijci=
at: ⁊ cõtra futura certamina ꝓſpiciendo
cõualeſcat. Hinc rurſũ de fortibus ſupne
patrie bellatoribꝰ dicit. Uniuſcuiuſqꝫ en
ſis ſuper femur ſuũ ꝓpter timores noctur
nos. Enſis eñi ſuper femur ponit: qñ acu
mine ſancte predicatiõis praua ſuggeſtio
carnis edomat. Per noctẽ vero cecitas
noſtre infirmitatis exprimit: qꝛ quicquid
aduerſitatis in nocte imminet: nõ videt:
Uniuſcuiuſqꝫ ḡ enſis ſuꝑ femur ſuũ ponit
ꝓpter timores nocturnos: qꝛ vicẓ ſancti
viri dũ ea que nõ vident: metuũt: ad intẽ
tionẽ certamĩs parati ſemꝑ aſſiſtũt. Hinc
rurſum ſponſe dicit. Naſus tuus ſicut tur
ris que eſt in lybano. Rem nãqꝫ qua ocu
lis nõ cernimꝰ: plerũqꝫ odore preuidemꝰ
Per naſũ quoqꝫ odores fetoreſqꝫ diſcer=
nimus. Quid ergo per naſũ eccleſie: niſi
ſanctorꝝ prouida diſcretio deſignat. Qui
etiã turri ſimilis que eſt in lybano dicit:
qꝛ diſcreta eorũ ꝓuidentia ita in alto ſita
eſt: vt temptationũ certamĩa ⁊ priuſq̄ ve
niãt videat: ⁊ ꝯtra ea dũ venerint munita
ſubſiſtat. Que eñi futura preuident cum
pn̄tia fuerint: minoris timoris ſiũt qꝛ duz
ꝯtra ictũ quiſqꝫ paratior reddit: hoſtis q̄
ſe inopinatũ credidit: eoipſo quo ꝓuiſus
eſt eneruat. At cõtra admonẽdi ſunt q̄ in
culpa ex conſilio ligant: quatenus ꝓuida
ꝯſideratiõe perpendãt: qꝛ dũ mala ex iu=
dicio faciũt: diſtrictius cõtra ſe iudiciũ ac
cendũt: vt tãto eos durior ſentẽtia feriat:
quãto illos in culpa arcius vincula deli=
beratiõis ligant: citius fortaſſe delicta pe
nitẽdo abluerẽt: ſi in his ſola precipitatio
ne cecidiſſent. Nã tardius peccatũ ſoluit
ꝙ ⁊ per ꝯſiliũ ſolidat. Niſi eñi mens om=
nino eterna deſpiceret: in culpa ex iudicio
nõ periret. Hoc ergo precipitatiõe lapſis
per ꝯſiliũ pereũtes differũt: ꝙ cũ hi ab ſta
tu iuſticie peccãdo cõcidũt: plerũqꝫ ſimul
⁊ in laqueũ deſperatiõis cadũt. Hinc eſt
ꝙ per prophetã dominus nõ tam preci=
pitationũ praua q̄ delictorum ſtudia re=
prehendit dicens: Ne forte egrediatur

vt ignis indignatio mea ⁊ succendatur. ⁊ nõ sit qui extingnat propter maliciã studiorum vestrorũ. Hinc iterũ iratus dicit. visitabo super vos fructũ studiorum vestrorum. Quia igitur peccatis alijs differũt peccata que per consiliũ perpetrant̃ non tam praua facta dominus ꝙ studia prauitatis insequitur. In factis enĩ sepe infirmitate sepe negligẽtia: in studijs vero maliciosa semper intentione peccatur. Quo contra recte beati viri expressione per prophetam dicitur. Et in cathedra pestilẽtie non sedit. Cathedra quippe iudicis esse vel presidentis solet. In cathedra enĩ pestilentie sedere est ex iudicio praua cõmittere. In cathedra pestilentie sedere est et ex ratiõe mala discernere. ⁊ tamẽ ex deliberatione perpetrare. Quasi in peruersi consilij cathedra sedet. qui tanta iniquitatis elatione attollitur vt implere maluz etiam per consilia conetur. Et sicut assistẽtibus turbis prelati sunt qui cathedre honore fulciuntur. ita delicta eorum qui precipitatione corruunt exquisita per studiũ peccata transcendunt. Admonendi ergo sunt vt hinc colligant qui in culpa se per consilium ligant qua quãdoq̧ vltione feriendi sunt. qui nunc prauorum non socij sed principes fiunt.

De diuerso modo admonendi illos qui licet minima crebro tamen illicite faciunt: atq̧ illos qui se a paruis custodiunt sꝫ aliquando in grauibus dimerguntur.

Capitulum. XXXIIII.

Aliter admonẽdi sunt qui licet minima. crebro tamen illicita faciunt. atq̧ aliter qui se a paruis custodiunt. sed aliquãdo in grauioribꝰ dimergunt̃. Admonẽdi sunt qui quãuis in minimis. sed tamẽ frequẽter excedunt. vt nequaꝙ considerẽt qualia sed quãta cõmittunt. Facta eniꝫ sua si despiciant timere cum pensant. debẽt formidare cũ numerent. Altos quippe gurgites fluminũ parue sed innumere replẽt gutte pluuiarũ. ⁊ hoc agit sentẽtia latẽter crescens. qđ patenter ꝓcella seuiens. Et minuta sunt que erumpũt in mẽbris ꝑ scabiem vulnera: sed cũ multitudo eorum innumerabilit̃ occupat. sic vitã corpis sicut vnũ graue inflictũ pectori vulnus necat. Hinc videlicet scriptum est Qui modica spernit paulatim decidet. Qui eniꝫ peccata minima flere ac deuitare negligit. ab statu iusticie nõ quidem repẽte sed partibus totus cadet. Admonẽdi sunt qui in minimis frequenter excedunt. vt sollicite considerẽt q̃ nõnunꝙ in parua deterius ꝙ in maiori culpa peccatur. Maior enim quo citius q̃ sit culpa agnoscitur. eo etiaꝫ celerius emendat̃. Minor vero dũ quasi nulla creditur. eo peius quo ⁊ securius in vsu retinetur. Unde fit plerũq̧ vt mẽs assueta malis leuibus nec grauia perhorrescat. atq̧ ad quandã auctoritatẽ nequicie per culpas nutrita perueniat. ⁊ tãto ĩ maioribus contẽpnat ꝑtimescere. quanto in minimis didicit nõ timẽdo peccare. At contra admonẽdi sunt qui se a paruis custodiunt: sed aliquando in grauibus dimergunt̃. vt sollicite se ipsos deprehẽdãt q̃ dum cor eorũ de custoditis minimis extollitur ad perpetrãda grauiora in ipo elationis sue baratro deuorant̃ ⁊ dũ foris sibi parua subijciũt sed per inanẽ gloriã intus intumescũt. languore supbie intrinsecus victã mentẽ etiam foras per mala maiora prosternũt. Admonẽdi ergo sunt qui se a paruis custodiũt sed aliquãdo in grauibus dimergunt̃. ne vbi se stare extrinsecus estimãt ibi intrinsecꝰ cadant. ⁊ iuxta districti iudicis retributionẽ elatio minoris iusticie via fiat ad foueaꝫ grauioris culpe. Qui enĩ vane elati minimi boni custodiã suis viribus tribuũt. iuste derelicti culpis maioribus obruunt̃ ⁊ cadendo discunt nõ fuisse propriuꝫ ꝙ steterunt. vt mala ĩmensa cor reprimant qđ bona mini

ma exaltāt. Admonēdi sunt vt ꝯsiderent ꝙ ꝛ in culpis grauioꝛib⁹ alto reatu se obligent. ꝛ tamē pleruꝙ̄ ī paruis que custodiunt deterius peccāt. qꝛ ꝛ in illis inique faciūt ꝛ ꝑ ista se hominib⁹ qꝛ iniqui sunt tegunt. Unde fit vt cū maioꝛa mala ꝑpetrant corā deo aperte iniquitatis sint. ꝛ cū parua bona custodiunt corā hominibus simulate sanctitatis sint. Hinc ē enī quod phariseis dicitur. Liquātes culicē camelum autē gluciētes. Ac si aperte diceret. Minima mala discernitis. maioꝛa deuoꝛatis. Hinc est ꝙ rursum oꝛe veritatis increpant cum audiūt. decimatis mentā et anetū ꝛ cymminū. ꝛ relinquitis que grauioꝛa sunt legis iudiciū ꝛ misericoꝛdiā ꝛ fidem. Neqꝫ enī negligēter audiendū est ꝙ cū decimari. minima diceret. extrema quidē de oleribus maluit. sed tamen bene olentia memorari. vt profecto ostenderet quia simulatores cū parua custodiunt odorem de se ostendere sancte opinionis querūt. Et quāuis implere maxima pretermittant tamen minima obseruant que humano iudicio longe lateqꝫ redoleant.

De diuerso modo admonendi eos qui bona nec inchoant atqꝫ eos qui inchoata minime consumant.

Capitulum. XXXV.

Aliter admonēdi sūt qui bona nec inchoāt atqꝫ aliter ꝙ̄ inchoata minime ꝯsumāt. Qui eniꝫ bona nec inchoāt non sūt pri⁹ eis edificāda que salubriter diligāt. sed destruenda ea in quib⁹ semetipsos nequiter versant. Neqꝫ eniꝫ sequunt que in expta audiūt nisi pri⁹ ꝙ̄ ꝑniciosa sint ea que sūt expta deprehendūt. qꝛ nec leuari appetit qui ꝛ hoc ipsum qꝛ cecidit nescit. ꝛ ꝙ̄ doloꝛē vulneris nō sentit salutꝭ remedia nō requirit. Pri⁹ ergo ostendēda sunt quaꝫ sint vana que diligūt ꝛ tunc demū vigilāter intimanda ꝙ̄ sint vtilia que pretermittunt. prius videāt fugiēda que amāt. ꝛ sine difficultate postmodū cognoscūt amāda esse que fugiūt. Melius enī inexpta recipiunt. si de expertis quicquid disputationis audiūt veraciter recognoscūt. Tunc igitur pleno voto discūt vera bona querere. cū certo iudicio deprehēderint falsa se vacue tenuisse. Audiāt ergo ꝙ bona presentia ꝛ a delectatione citius trāsitura sint ꝛ tamē eoꝛū causa ad vltionē sine transitu permāsura. qꝛ ꝛ nunc qꝺlibet inuitis subtrahitur. ꝛ tūc qꝺ dolet inuitis in supplicio reseruatur. Itaqꝫ eisdē rebus terreantur salubriter. quibus noxie delectantur. vt dum percussa mens alta ruine sue dāpna conspiciēs. sese in precipitium peruenisse deprehēdit. gressum post terga reuocet. ꝛ pertimescens que amauerat. discat diligere que contēpnebat. Hinc est enī ꝙ Hieremie misso ad predicationē dicitur. Ecce constitui te hodie sup gentes ꝛ sup regna. vt euellas ꝛ destruas ꝛ dissipes et edifices ꝛ plātes. quia nisi prius peruersa destrueret edificare vtiliter recta non posset. quia nisi ab auditoꝛū suoꝛū coꝛdib⁹ spinas vani amoꝛis euelleret nimirū frustra in eis sancte predicationis verba plātaret. Hinc est ꝙ petrus prius euertit vt postmodū construat cum nequaꝙ̄ iudeos monebat quid iā facerēt sed de his que fecerant increpabat dicens. Jesum nazarenum virū approbatū a deo in vobis virtutibus ꝛ prodigijs ꝛ signis que fecit per illum deus in medio vestri sicut vos scitis. hunc diffinito cōsilio ꝛ prescientia dei traditū per manus iniquoꝛū affigentes ligno interemistis quē de⁹ suscitauit solutis doloꝛibus inferni. Ut videlicet crudelitatis sue cognitione destructi. edificationē sancte predicationis ꝙ̄to anxie quererēt tanto vtiliter audirent. vnde illico responderūt. Quid ergo faciem⁹ viri frēs? Quibus mox dicit. Penitentiā agite ꝛ baptizetur vnusquisqꝫ vestrū. Que edificationis verba ꝑfecto contēpnerēt. nisi prius salubriter ruinā sue destructionis inuenis

sent. Hinc est ꝙ Saulus cū super euȝ lux
celitus emissa resplēduit nō iā quid recte
deberet facere sed quid praue fecisset au-
diuit. Nā cū prostratus requireret dicens
Quis es dn̄e? Protinus respōdet. Ego
sum Jesus nazaren⁹ quē tu persequeris.
Et cū repente subiungeret. dn̄e quid me
iubes facere? Illico adiungit. Surge ⁊ in
gredere ciuitatē ⁊ ibi tibi dicet quid te
oporteat facere. Ecce de celo dn̄s loquēs
ꝑsecutoris sui facta corripuit nec tamē illi
co que essent faciēda mōstrauit. Ecce ela-
tionis sue fabrica iā tota corruerat ⁊ post
ruinā suam humilis edificari requirebat.
⁊ cum supbia destruitur edificationis ta-
men verba retinent vt videlicet persecu-
tor īmanis diu destructus iaceret. ⁊ tan-
to post in bonis solidius surgeret quanto
pri⁹ funditus euersus a pristino errore ce
cidisset. Qui ergo nulla adhuc agere bo
na ceperūt a rigiditate antea sue prauita-
tis correptionis manu euertēdi sūt vt ad
statū postmodū recte oꝑationis erigātur.
qꝛ ⁊ iccirco altū silue lignū succidimus vt
hoc in edifitii tegmine subleuemus Sed
tamem non repente in fabrica ponitur vt
nimirū prius viciosa eius viriditas exice-
tur. Cuius quo plus in infimis humor ex
coquitur. eo ad summa solidi⁹ leuat. At
contra admonēdi sunt qui inchoata bona
minime consūmant vt cauta circūspectio-
ne considerēt qꝛ dum ꝓposita nō perficiūt
etiā que fuerāt cepta conuellunt. Si eniȝ
ꝙ videtur gerendū sollicita intentiōe nō
cerscit etiā ꝙ fuerat bene gestū decrescit.
In hoc quippe mundo humana aīa qua-
si more nauis contra ictū fluminis condes
cendētis vno in loco nequaꝗ̄ permittitur
qꝛ ad ima labitur. nisi ad sūma conet. Si
ergo inchoata bona fortis oꝑantis man⁹
ad perfectionē non subleuat. ipsa operan
di remissio contra hoc qđ oꝑatum est pu-
gnat. Hinc est enim ꝙ per Salomonē di
citur. Qui mollis ⁊ dissolutus in oꝑe suo
fuerit frater est sua opera dissipantis quia
vicȝ qui cepta bona districte nō exequitur
dissolutione negligētie manum destruen

tis imitatur. Hinc sardis ecclesie ab ange
lo dicitur. Esto vigilans ⁊ confirma cete-
ra que moritura erant. non enī inueni ope
ra tua plena coraȝ deo meo. Quia igitur
corā deo plena eius opera inuenta nō fue
rant. moritura reliqua etiā que erant ge-
sta predicabat. Si enim ꝙ mortuū in no-
bis est ad vitā non accenditur. Hoc etiaȝ
extinguitur ꝙ quasi adhuc viuū tenetur.
Admonēdi sunt vt perpendāt ꝙ tollera-
bilius esse potuisset recti viā non arripere
ꝗ̄ post arreptā post tergū redire. Nisi enī
retro respicerent. erga ceptū studium nul
lo torpore langerēt. Audiant ergo qđ scri
tum est. Melius erat eis non cognoscere
viaȝ iusticie quā post agnitionē retrorsuȝ
conuerti. Audiant qđ scriptū est. Utinaȝ
frigidus esses aut calidus: sed quia tepid⁹
es ⁊ nec frigidus nec calidus incipiam te
euomere ex ore meo. Calidus quippe est
qui bona studia ⁊ arripit ⁊ consūmat. Fri
gidus vero qui consūmanda nec inchoat
⁊ sicut a frigore per teporē transitur ad ca
lorem. ita ad calorem per teporem reditur
ad frigus. Quisquis ergo amisso infideli
tatis frigore viuit sed nequaꝗ̄ tepore su-
perato exardescit vt ferueat. proculdubio
calore desperato dū noxio in tepore demo
ratur. agit vt frigescat. Sed sicut ante te-
porem frigus sub spe est. ita post frig⁹ te-
por indesperatione. Qui enī adhuc ī pec
catis est cōuersionis fiduciaȝ non amittit
Qui vero post conuersionē tepuit ⁊ spem
q̄ esse potuit de peccatore subtraxit. Aut
calidus ergo quisqȝ aut frigidus esse que
rat. ne tepidus euomatur vt videlicet aut
nec dum cōuersus adhuc de se conuersio-
nis spem prebeat. aut iam conuersus vir-
tutibus inardescat. ne euomatur tepidus
qui a calore queȝ proposuit torpore ad no
xium frigus redit.

De diuerso modo admonen-
di eos qui mala occulte agunt ⁊
bona publice: atqȝ eos qui bona
faciunt abscondūt et bene qui-

busdam factis publice mala de se opinari permittunt.

Capitulum. XXXVI.

Aliter admonēdi sunt. qui mala occulte agunt ꝛ bona publice. Atq₃ aliter qui bona que faciunt abscondūt. ꝛ tamen quibusdam factis publice mala de se opinari permittunt. Admonēdi enim sunt q̄ mala occulte agunt ꝛ bona publice. vt perpēdāt humana iudicia quāta velocitate euolant. diuina autem quāta imobilitate perdurant. Admonēdi sunt vt in fine rerum mentis oculos figant. quia ꝛ humane laudis attestatio preterit ꝛ superna sententia que abscondita penetrat ad retributionē perpetuam conualescit. Duz igitur occulta mala sua diuinis iuditijs. recta autem sua humanis oculis anteponunt. ꝛ sine teste est bonum qđ publice faciunt ꝛ non sine eterno teste est. qđ latenter delinquūt. Culpas itaq₃ suas occultando hominib⁹ virtutesq₃ pandendo. ꝛ vnde puniri debeant abscondētes detegunt. ꝛ vnde remunerari poterant detegētes abscondunt. Quos recte sepulchra dealbata speciosa exterius sed mortuorū ossibus plena veritas vocat. quia viciorum mala intus contegunt. humanis vero oculis quorundaz demonstratione operum de solo foras iusticie colore blandiuntur. Admonēdi itaq₃ sunt ne que agunt recta despiciant sed ea meriti melioris credant. Ualde nanq₃ bona sua diiudicant: quia de eorum mercede sufficere fauores humanos putant. Cum enim pro recto opere laus transitoria queritur eterna retributione res digna vili precio venūdatur. De quo videlicet precio percepto veritas dicit. Amen dico vobis. receperunt mercedē suā. Admonendi sunt vt considerent quia dū prauos se in occultis exhibent sed tamen exempla de se publice in bonis operibus p̄bent. ostendunt sequenda que fugiūt. clamant amanda que oderunt. viuūt postremo alijs ꝛ sibi moriuntur. At contra admonendi sunt qui bona occulte faciunt ꝛ quibusdā tamen factis publice de se mala opinari permittunt. ne cum semetipos actionis recte virtute viuificant in se alios per exemplum praue estimatiōis occidāt. ne minus q̄ se proximos diligant. ꝛ cū ipsi salubrem potū vini sorbeant intentis in sui consideratione mētibus pestiferum veneni poculū fundant. Nimirum in vno proximorū vitam minus adiuuant. in altero multum grauant. dum student et recta occulte agere. ꝛ quibusdā factis ad exemplum de se praua seminare. Quisquis enim laudis concupiscentiā ꝫcalcare iā sufficit. edificationis fraudē perpetrat si bona que agit occultat. ꝛ quasi iactato semine germinandi radices subtrahit qui op⁹ quod imitandum est non ostendit. Hinc nanq₃ in euangelio veritas dicit. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona ꝛ glorificent patrē vestrū qui in celis est. Ubi illa quoq₃ sententia promittitur que longe aliud precepisse videtur: dicens. Attendite ne iusticiam vestrā faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Quid est igitur q̄ op⁹ nostrum. ꝛ ita faciendū est ne videatur et tamen vt debeat videri precipitur. nisi q̄ ea que agimus ꝛ occultāda sunt ne laudemur ꝛ tamē ostendenda sunt vt laudez celestis patris augeamus. Nam cnz nos iusticiam corā hominibus dominus facere prohiberet illico adiūxit vt videamini ab eis. ꝛ cum rursus videnda ab hominibus bona opera nostra precipet protinus subdidit vt glorificent patrē vestrū qui in celis est. Qualiter igitur vidēda essent vel qualiter non videnda ex sententiarū fine monstrauit. quatenus operantis mens opus suum ꝛ propter se videri non quereret. ꝛ tamen hoc propter celestis patris gloriam non celaret. vnde fit plerunq₃ vt bonum opus ꝛ in occulto sit cum fit publice. ꝛ rursus in publico cuz agit̄ occulte. Qui enī in publico bono ope nō suaz sed

superni patris gloriam querit: ꝙ fecit abscondit: quia illũ solum testẽ habuit: cui placere curauit. Et qui in secreto suo bono opere deprehẽdi ac laudari cõcupiscit ⁊ nullus fortasse vidit: qđ exhibuit: ⁊ tamen hoc corã hominibus fecit: quia tot testes in bono opere secum duxit: ꝙ humanos laudes in corde requisiuit. Cuꝫ vero praua estimatio inquantũ sine peccato valet: ab intuentiũ mente non tergit̃: cũctis mala credẽtibus per exemplũ culpa propinat̃: vnde ⁊ plerũqꝫ cõtingit: vt qui negligenter de se mala opinari permittunt: per semetip̄os quidẽ nulla iniqua faciũt: sed tamen per eos qui se imitati fuerint: multiplicius delinquũt. Hinc est ꝙ apostolus immũda quedam sine pollutiõe comedẽtibus: sed imꝑfectis temptiõis scandalũ sua hac cõmessatiõe mouentibus dicit: Uidete ne forte hec licẽtia vestra offẽdiculũ fiat infirmis: ⁊ rursum. Et peribit infirmus in tua cõscientia frater: propter quem xp̄us mortuus est. Sic autẽ peccãtes in fratres ⁊ percutiẽtes conscientiã eorum infirmã in xp̄o peccatis. Hinc est ꝙ Moyses cũ diceret: Non maledices surdo: protinus adiũxit. Nec coram ceco pones offendiculũ. Surdo quippe maledicere est absenti ac nõ audienti derogare. Coram ceco vero offendiculũ ponere: est discretã rem quidẽ agere: sed tamẽ ei qui lumen discretiõis non babet scandali occasionẽ prebere.

De exhortatione multis adhibenda: vt sic singuloꝝ virtutes adiuuent: quatenꝰ per hanc contraria virtutibus vicia non excrescant:

Capitulum. XXXVII.

Hec sunt que presul animarũ in predicatiõis diuersitate custodiat: vt sollicitus cõgrua singuloꝝ vulneribus medicamenta opponat. Sed cũ magni studij sit: vt exhortãdis singulis seruiat̃ ad singula cum valde laboriosum sit vnũquemqꝫ de proprijs sub dispensatiõe debite cõsiderationis instruere: longe tamẽ est laboriosius auditores in numeris ac diuersis passionibus laborãtes: vno eodẽqꝫ tempore voce vnius ⁊ cõmunis exhortatiõis admonere. Ibi quippe tanta arte vox temperãda est vt cum diuersa auditoꝝ sint vicia: et singulis inueniat̃ congrua: ⁊ tamẽ sibimetip̄is nõ sit diuersa: vt inter passiones medias vno ductu transeat: sed more bicipitis gladij tumores cogitationũ carnaliuꝫ ex diuerso latere incidat: quatenus sic superbis predicet̃ humilitas: vt timidis nõ augeat̃ metus: sic timidis infundatur auctoritas: vt tamen superbis nõ crescat effrenatio: sic ociosis ac torpẽtibus predicetur sollicitudo boni operis: vt tamẽ inquietis immoderate licẽtia non augeat̃ actionis. Sic inquietis ponat̃ modus: vt tamẽ ociosis non fiat torpor securus. Sic ab impatientibus extinguat̃ ira: vt tamen remissis ac lenibus nõ crescat negligentia: sic lenes accendant̃ ad zelum: vt tamẽ iracundis nõ addatur incendiũ: sic tenacibꝰ infundat̃ tribuendi largitas: vt tamen ꝓdigis effusionis frena minime laxẽtur: sic prodigis predicet̃ parcitas: vt tamen tenacibus paritura rerũ custodia nõ augeatur: sic in cõtinentibus laudet̃ coniugiũ: vt tamẽ iam continẽtes non reuocent̃ ad luxũ: sic continentibus laudet̃ virginitas corporis: vt tamẽ in cõiugibus despecta non fiat fecunditas carnis: sic predicãda sunt bona: nec ex latere iubeant̃ ⁊ mala: sic laudanda sunt bona summa: ne despiciãtur vltima: sic nutrienda sunt vltima: ne dum credunt̃ sufficere: nequaꝙ̃ tendantur ad summa.

De exhortatione que vni adhibenda est: aut his qui contrarijs passionibus laborant:

Capitulum. XXXVIII.

At grauis quidẽ predicatori labor est in cõmunis predicationis voce ad occultos singuloꝝ

motus causasq; vigilare et palistrarum more in diuersi lateris arte se vertere Multo tamen acriori labore fatigatur quando vni ecōtrarijs vitijs seruienti predicare compellitur. Plerūq; enim quis lete nimis conspersionis existit. sed tamen eum repēte ab orta tristicia īmaniter deprimit. Curandum itaq; predicatori est quatenus sic tergatur tristicia que venit ex tempore vt non augeatur leticia que suppetit ex conspersione. et sic frenetur leticia que ex conspersione est vt tamen non crescat tristicia que venit ex tempore. Iste grauatur vsu īmoderate precipitationis et aliquādo tamen ab eo qđ festine agendum est euz vis prepedit subito nate formidinis. ille grauatur vsu īmoderate formidinis et aliquādo tamen in eo qđ appetit temeritate impellitur precipitationis. Sic itaq; in isto reprimat subito aborta formido. vt tamē nō excrescat enutrita diu precipitatio. sic in illo reprimatur aborta repente precipitatio. vt tamen non conualescat impressa ex conspersione formido. Quid autez mirum si mentiū medici ista custodiunt. duz medici corporū tanta discretionis arte se temperant qui non corda sed corpora medentur. Plerūq; enim debile corpus opprimit languor īmanis. cui languori scilicet obuiari adiutorijs fortibus debet. sed tamen corpus debile adiutorium forte nō sustinet. studet igitur qui medetur. quatenus sic super existentē morbuz subtrahat vt nequaq; supposita corporis debilitas crescat. ne fortasse languor cū vita deficiat. Tanta ergo adiutorium discretione componit. vt vno eodēq; tēpore et languori obuiet et debilitati. Si igitur medicina corpis indiuise adhibita seruire diuisibiliter pōt. tūc enī vere medicina est qū sic per eā vitio superistēti succurrit vt etiam supposite cōspersioni seruiat. Cur medicina mētis vna eadēq; predicatione apposita morū morbis diuerso ordine obuiare nō valet que tāto subtilior agitur. quāto de inuisibilibus tractatur.

Q̄ aliqñ leuiora vitia relinquēda sint vt grauiora subtrahant. Capitulum. XXXIX.

Sed qz plerūq; dū duoꝝ vitioꝝ lāguor irruit. hic leui⁹. illō fortasse graui⁹ premit. et illi nimiruz vitio rectius sub celeritate subuenit ꝑ qđ festine ad interitū tenditur et si hic a vicina morte restringi nō potest nisi illud etiā qđ existit contrariū crescat. Tollerandū itaq; predicatori est. vt ꝑ exhortationē suam artificioso moderamine vnū patiat crescere. quaten⁹ aliud possit a vicina morte retinere. Qđ cum agit non morbum exaggerat. sed vulnereti sui cui medicamentū adhibet vitam seruat. vt exquirende salutis congruū tempus inueniat. Sepe enim quis a ciboruz se ingluuie minime temperans iamq; pene superatis luxurie stimulis premitur. qui huius pugne metu territus dum se per abstinentiam restringere nititur. inanis glorie tēptatione fatigatur. In quo nimirū vnum vitium nullatenus extinguitur. nisi aliud nutriatur. Que igitur ardētius pestis insequenda est. nisi que periculosi⁹ premit. Tollerandū nāq; est vt per virtutē abstinentie interim arrogantia cōtra viuentez crescat. ne eum per ingluuiē a vita funditus luxuria extinguat. Hinc est q; Paulus cum infirmū auditorem suū perpenderet aut praua adhuc velle agere. aut de actione recta humane laudis retributione gaudere ait. Uis nō timere potestatem. Bonum fac et habebis laudē ex illa. Neq; enim ideo bona agenda sunt vt potestas huius mundi nulla timeatur. aut per hec gloria transitorie laudis assumatur. Sed cum infirmā mentez ad tantū robur ascendere non posse pensaret. vt et prauitatem simul vitaret et laudem. Predicator egregius ei admonēdo aliquid obtulit. et aliquid tulit. Concedendo enim lenia: subtraxit acriora. vt quia ad deserenda cuncta simul nō assurgeret. Duz in qđdam suum animus familiariter relinquit

a quodaz vitio suo sine dolore tolleretur.

Quod infirmis mentibus omnino non debeant alta predicari. Capitulum. XXXX.

Sciendũ vero predicatori est: vt auditoris sui animuz vltra vires non trahat: ne vt ita dicam dum plusq̃ valet: tendit: mentis corda rumpat. Alta enim queq̃ debent multis audiẽtibus cõtegi: ⁊ vix paucis aperiri. Hinc nanq̃ per semetipsam veritas dicit: Quisputas est fidelis dispensator quem cõstituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensurã? Per mensurã quippe tritici exprimitur modus verbi: ne cũ angusto cordi incaptibile aliquid tribuit: extra fundatur. Hinc Paulus ait: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus: sed quasi carnalibus: tanq̃ paruulis in xp̃o: lac vobis potum dedi: non escam. Hinc Moyses a secreto dei exiens coruscantẽ coram populo faciem velat: quia nimirũ turbis claritatis intime archana nõ indicat. Hic per eum diuina voce precipitur: vt is qui cysternam foderit si operire negligat: corruente in ea boue vel asino: preciũ reddat: quia ad alta scientie fluenta preueniens: cum hec apud bruta audientiũ corda non contegit: pene reus addijcitur: si per verba eius in scandalũ: siue mũda: siue mens immũda capiatur. Hinc ad beatũ Job dicitur: Quis dedit gallo intelligentiam? Predicator etenĩ sanctus dum caliginoso hoc clamat in tempore: quasi gallus cãtat in nocte cũ dicit: Hora est iam nos de somno surgere. Et rursum. Euigilate iusti ⁊ nolite peccare. Gallus autẽ in pfundioribus horis noctis altos edere cantus solet. Cum vero matutinũ iaz tempus in proximo est: minutas ac tenues voces format: quia nimirũ qui recte predicat obscuris adhuc cordibus aperta clamat: nihil de occultis mysterijs indicat: vt tũc subtiliora queq̃ de celestibus audiãt: cum luci veritatis appropinquãt.

De opere p̃dicatoris ⁊ voce: Capitulum. XLI.

Sed inter hec ad ea que iam superius diximus: charitatis studio retorquemur: vt p̃dicator quisq̃ plus actibus q̃ vocibus insonet: ⁊ bene viuendo vestigia sequacibus imprimat: vt potius agendo q̃ loquendo quo gradiat: ostendat: quia ⁊ gallus iste quẽ pro exprimenda boni predicatoris specie in locutiõe sua dominus assumpsit: cum iam edere cantus parat: prius alas excutit: ⁊ semetip̃m feriens vigilantiorẽ reddit: quia nimirũ necesse est: vt hi qui verba sancte predicatiõis mouent: prius studio sancte actiõis inuigilent: ne in semetip̃is torpentes opere alios extitent voce. Prius se per sublimia facta excutiant: et tũc ad bene viuendũ alios sollicitos reddant. Prius cogitationũ alis semetip̃os feriãt: quicquid in se inutiliter torpet: sollicita inuestigatiõe deprehendant districta animaduersiõe corrigãt: ⁊ tunc demũ aliorũ vitam loquẽdo componant. Prius punire propria fletibus curent: ⁊ tunc que aliorum sunt punienda denũcient: ⁊ anteq̃ verba exhortatiõis insonẽt omne qd̃ locuturi sunt operibus clamãt.

Explicit tertia pars.

Incipit quarta pars: Pastorem recte docentem admonẽs: vt frequenter ad se redeat infirmitatẽ suam quanta valet consideratione ad memoriã mentis reuocando: ne de acceptis virtutibus intumescat: vnico capitulo comprehensa.

S Ed quia sepe dum predi=
catio modis cõgruentibꝰ
vbertim funditur apud se
metip̄m de ostensione sui
occulta leticia loquentis
animus subleuat̄: magna
[illegible]ra necesse est: vt timoris laceratione se
[illegible]ordeat: ne qui alioꝝ vulnera medendo
[illegible]d salutē reuocat: ip̄e per negligentiā sue
[illegible]alutis intumescat: ne proximos iuuando
se deserat: ne alios erigens ip̄e cadat. Nā
quibusdā sepe magnitudo virtutis occa=
sio perditiōis fuit: vt cum cōfidentia viri=
um inordinate securi sunt per negligenti
am inopinate morerent̄. Uirtus nāqꝫ cuz
vicijs renitit̄: quadam delectatiōe eius si
bimetip̄i animus blanditur: fitqꝫ vt bene
agentis mens metū sue circumspectiōis
abijciat: atqꝫ in sui confidentia secura re=
quiescat. Cui iam torpenti seductor calli=
dus omne quod bene gessit: enumerat eā
qꝫ quasi pre ceteris prepollentē in tumo=
re cogitatiōis exaltat. Unde agitur vt an
te iusti iudicis oculos fouea mētis sit me
moria virtutis: quia reminiscendo quod
gessit: dum se apud se erigit: apud humi=
litatis auctorē cadit. Hinc namqꝫ super=
bienti anime dicit̄. Quo pulchrior es de
scende: surge qui dormis cum incircūci=
sis. Acsi aperte diceret̄: Quia ex virtutū
decore te eleuas: ip̄a tua pulchritudine
impelleris vt cadas. Hinc sub hierusalē
specie virtute superbiens anima reproba
tur cum dicitur: Perfecta eras in decore
meo: quē posuerā super te dicit dominꝰ:
⁊ habens fiduciaz in pulchrytudine tua:
fornicata es in nomine tuo. Fiducia quip
pe sue pulchrytudinis animꝰ attollitur:
tum de virtutū meritis leta apud se secu=
ritatē gloriatur: sed per eandē fiduciam
fornicationē ducit̄: quia dum interceptā
mentem cogitatiōes sue decipiunt: hanc
maligni spiritus per innumera vicia sedu
cendo corrumpūt. Notandū vero qꝫ dici=
tur: Fornicata es in nomīe tuo. Quia cū
respectuz superni rectoris mens deserit:
laudē protinus priuatā querit: ⁊ sibi arro
gare incipit omne bonū: quod vt largito=
ris preconio seruiret: accepit. Opinionis
sue gloriam dilatare desiderat: satagit vt
mirabilis cūctis innotescat. In suo ergo
nomine fornicat̄: qui legalis thori cōnu=
bium deserens: corruptiōi spiritui in lau
dis appetitu substernit̄. Hinc Dauid ait
Tradidit in captiuitatē virtutem eoꝝ: ⁊
pulchrytudines eorū in manus inimici.
In captiuitatē etenim virtus ⁊ pulchry=
tudo in manus inimici tradit̄: cum dece=
pte menti antiquus hostis et boni operis
elatione dominat̄. Que tamen virtutis
elatio: quāuis plene non superat: vtcūqꝫ
tamē ⁊ electorū sepe animū temptat. Sed
cum subleuat̄ destituit̄: destitus ad formi
dinem reuocat̄. Hinc etē̄ Dauid iteruz
dicit: Ego dixi in abundantia mea nō mo
uebor ineternū. Sed quia de confidentia
virtutis intumuit: paulo post quod pertu
lit: adiunxit. Auertisti faciē tuam a me et
factus sum turbatus. Ac si aperte dicat:
Fortē me inter virtutes credidi: sed quā=
te infirmitatis sim derelictꝰ agnoui. Hic
rursum dicit̄. Iuraui ⁊ statui custodire iu
dicia iusticie tue. Sed quia eius viriū nō
erat manere in custodia quā iurabat: debi
litatē suā protinus turbatus inuenit. Un
de ⁊ ad precis opem se cōtulit repente di
cens: Humiliatus sum vsquequaqꝫ domi
ne viuifica me scd̄m verbum tuū. Nonnū
qꝫ vero superna moderatio priusquā per=
munera prouehat: infirmitatis memoriā
ad mentē reuocat: ne de acceptis virtuti=
bus intumescat. Unde ⁊ Ezechiel ꝓphe
ta quotiens ad cōtemplanda celestia du=
cit̄: prius filius hominis vocat̄. Ac si hūc
aperte dominꝰ admoneat dicens: Ne de
his que vides in elatōe cor subleues: cau
tus perpende qꝫ es: vt cum summa pene=
tras esse te hominē recognoscas: quate=
nus dū vltra te raperis ad temetip̄m solli
citꝰ infirmitatis tue freno reuoceris. Un=
de necesse est vt cū virtutum nobis copia
blandit̄: ad infirma sua mentis oculus re=
deat: seseqꝫ salubriter deorsum premat: ne
recta que egit: sed ea que agere neglexit

aspiciat: vt dum cor ex memoria infirmitatis atterit: apud humilitatis auctorē robustius in virtute solidet: quia et plerūqȝ omnipotens deus iccirco rectorū mentes quāuis ex magna parte perficit: imperfectas tamen ex parua aliqua parte derelinquit: vt cū miris virtutib9 rutilāt: imperfectiōi sue tedio tabescāt: et nequaqȝ se de magnis erigāt: cū adhuc contra se minia immitētes laborant: sed quia extrema nō valent vincere de precipuis actibus non audeāt superbire. Ecce bone vir reprehēsionis mee necessitate cōpulsus: dum mōstrare qualis esse debeat pastor inuigilo: puchrū depinxi hominem: pictor fedus: aliosqȝ ad perfectiōis litus dirigo: qui adhuc in delictorum fluctibus versor. Sed in huius queso vite: naufragio orationis tue me tabula sustine: vt quia pondus proprium me deprimit: tui me meriti manus leuet.

Beati Gregorij pape: Liber cure pastoralis insigni laude cōmēdatus: diligenti studio emēdatus: ac debita distinctiōe partitus: vigilantiqȝ cura in vrbe Basiliensi arte impressoria perfectus: feliciter explicit. Sub anno domini. Millesimoquadringētesimononogesimosexto: die vero decimoquito Mensis Februarij.

Laus deo.

Iste liber constat [illegible] et 8 s